This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


600049598+

2912 d. 8

PLATONIS

EUTHYDEMUS ET LACHES.

PRAEFIXA EST EPISTOLA

AD

SENATUM LUGDUNENSEM BATAVORUM

AUCTORE

CAROLO BADHAM.

JENAE, FR. FROMMANN.
LONDINI, ITEM EDINAE WILLIAMS ET NORGATE.
MDCCCLXV.


PLATONIS
EUTHYDEMUS ET LACHES
AUCTORE
CAROLO BADHAM

SENATUI ACADEMICO LUGDUNENSI BATAVORUM

CAROLUS BADHAM S. D.

Biennium prope elapsum est, Viri Doctissimi, postquam summo beneficio vestro praeclara illa civitate donatus sum, quae me tot illustrium virorum et in omni scientiae genere praestantium quasi gloriae socium et sacrorum participem fecit. O praeclarum illum et mihi semper cum gratissimo animo commemorandum diem, quo mihi nihil tale opinanti de consulto vestro nuntiatum est. Postquam autem amplissimum fructum laborum meorum cum ipsis laboribus conferre coepi, quum viderem quam longe honores vestri meritum meum superarent, studiorum rationem quam eram per aliquot annos secutus extemplo mutandam esse intellexi. Statueram enim jamdiu nihil ultra in lucem emittere, quod ad has literas spectaret, sed, Aspendium illum fidicinem imitatus, intus canere quae mihimet ipsi voluptatem praebitura essent. Cujus consilii capiendi causam vos facile divinaturos esse arbitror, quippe qui non modo sciatis sed jampridem doleatis Academias nostras antiquam illam Porsonianam et Elmsleianam disciplinam adeo deseruisse, ut qui ibi literas doceant fere omnes artem criticam non modo improbent sed palam detestentur et discipulis de-

ridendam propinent. Quotum quemque igitur in his oris inventurus eram qui quidquam a me scriptum legere dignaretur, vel, si legisset, jam ante depravatum ab istis magistellis judicium ad meliorem normam accommodari pateretur. Deerant praeterea, otium, libri, doctorum amicorum consuetudo; unde quidem de singulari civitatis meae felicitate conjecturam facere potestis. Quantum enim numerum esse eorum oportet qui cum aliquâ laude literas aut philosophiam coluerunt, si quidem in hac terra quae tot et tam splendida praemia studiosis afferre dicitur, in qua Reginae consiliarii, Nobiles, Episcopi, Academiae, Civitates, Municipia suffragiis suis de virorum doctorum sorte decernunt, his tam diversis Maecenatibus nihil indignum videtur me in ludo municipali elementa docentem consenescere. Nimirum omnia illa munera, in quibus aliquid otii ad has literas colendas habuissem, a dignioribus occupata sunt. Quod si vobis minus verum videtur, ne tamen mea causa indignemini; etenim ne ipse quidem indignor nisi si quando cum molesta pituita vel alio incommodo conflictor. Jam dudum assuetus sum alio spectare, atque alios fautores quaerere. Non quo civium meorum, qui mihi quidem sunt carissimi, liberam sententiam non magni faciendam existimem: sed in his rebus falsa quaedam oracula in antiquis Scientiae sedibus, ut vocantur, collocata tantum non omnes sequuntur. Quo fit ut illorum potius vicem doleam, qui parum justam de se opinionem exteris gentibus praebeant, in quibus quam multos saepenumero querentes audivimus, nihil sani in judiciis ferendis, nihil probi in honoribus mandandis ex istis hominibus sperari posse qui pro veritate auctoritatem, pro meritis mutuas Academicorum commendationes apud se valere

patiantur. Mea autem incommoda jamdiu patienter ferre didici, et eorum placita atque decreta, a quibus huc detrusus sum, non sine aliqua hilaritate contemnere. Atque haud scio an nos qui multis occupationibus districti sumus, plus utilitatis quam par est otio tribuamus, nec satis meminerimus hujusce rei sicut aliorum bonorum abundantiam ingeniis non nihil officere; quae dato in quo luxurient spatio interdum sana doctrina et bonis auctoribus relictis deteriora scripta tanquam minus vulgaria sectantur. Contra qui per negotiorum intervalla Musas colit, ipsa inopia temperantior factus et prudentior, non nisi optimo cuique scriptori et fructuosis quaestionibus subsecivum tempus impendit. Videtis quantum ex illo die quo, vobis auctoribus, Philosophiae Theoreticae Magister factus sum, in hoc studiorum genere profecerim. Verum ut ad rem redeam; vixdum literas vestras accepi quum mecum agitare coepi in quo potissimum opere diligentiae meae specimen ostenderem, quod ad vos cum debita gratiarum actione deferrem.

Tandem in Euthydemum incidi, cujus complures locos jamdudum mihi emendare contigerat. Hunc cum diligenter bis terve relegissem, vidi suavissimum dialogum non cum ea qua par erat cura et fide tractatum fuisse etiam ab optimis editoribus. Quamobrem illum pro captu meo hic illic correxi et aliquot notulas in usum juniorum ad calcem ponendas curavi. Postea ne nimis exiguum esset volumen Lachetem adjeci, eadem in hoc dialogo ratione servata. His factis, Viri doctissimi, restat, ut indulgentiam vestram implorem, dum varios auctores percurro, in quibus aliquid mihi invenisse videor talibus lectoribus haud prorsus indignum.

Initium autem ab iisdem faciam in quibus primis

criticam exercere coepi, nempe a Tragicis poetis; quorum aliquot locos excerpam, et quomodo eos legi et intellegi debere existimem, quam brevissime declarabo. In Aeschyli Supplicibus 867 haec Choro tribuuntur: Καὶ γὰρ δυσπαλάμως ὅλοιο | δι' ἁλίρρυτον ἅλσος, | κατὰ Σαρπηδόνιον χῶμα πολύψαμμον ἀλαθεὶς | εὐρείαις εἰν αὔραις. | Mox in antistropha sic pergit: Λύμασις ἡ πρὸ γᾶς ὑλάσκοι· | περιχριμπτὰ βρυάζεις | ὃς ἐρωτᾷς· ὁ μέγας Νεῖλος ὑβρίζοντά σ' ἀποστρέψει|εν ἄϊστον ὕβριν. In his utcunque corruptis hoc saltem quivis agnoscat, Chorum Aegyptiaco nuntio naufragium imprecari, idque in pluribus locis. Hinc recta ducimur ad extremum strophae versum certissime corrigendum. ΕΥΡΕΙΑΙCΕΙΝ ΑΥΡΑΙC nihil aliud est quam Συρίαισιν αὔραις. Videtis C et E bis confusa, primum autem C ab ipso librario suppletum esse. Sed fac impium illum a Ciliciae litoribus evasisse; altera et satis vicina tempestas navim expectat. Contemplamini, quaeso, terribiles diras ut in Mediceo codice servantur λυμασιcυπρογας υλασκει. Coalescant denuo quae perperam disjuncta sunt ι et c, ut κ fiant: tum habebimus λυμὰς κυπρο γας ὑλάσκει, quae partim sensu partim metro adjuvante sic corrigo: λυμὰς κυπρογενεῖς ὑλάσκοις. „Naufragia a Cypri (scopulis seu ventis) oriunda lamenteris." Corrigendum etiam cum Heathio εἰ γὰρ, et cum Hermanno ὁ δὲ βώτας et ὑβρίζοντ' ἀποτρέψειεν legendum.

In eadem fabula v. 60 legitur: δοξάσει τις ἀκούειν ὅπα τᾶς Τηρεΐας | μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου. *Recte autem Scholiastes* Τηρεΐας μήτιδος *pro ipso Tereo dictum accepit*, ait Hermannus. Incredibile commentum! Legendum νήστιδος. Ibid. 100. L. πᾶν ἄπονον δαιμονίων· ἦμεν' ἄνω φρονήμαθ' ὡς | αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμπας ἑδράνων ἀφ' ἁγνῶν. Ibid. 110. ἅταν δ' ἀπάτᾳ μεταγνούς. Imo ἅτᾳ δ' ἀπάταν

μεταγνούς. Fraude enim, qua domi usi erant, abjecta nunc per vim grassantur. Frustra v. 116 ἰηλέμοισιν ἐμπρεπῆ ζῶσα γόους με τιμῶ interpretantur, quasi με τιμῶ pro ἐμὲ vel potius ἐμαυτὴν τιμῶ dici posset; et quid sibi vult *Lugubribus lamentis me viva orno,* ut haec vertit Hermannus? L. γόοις μέτειμι: *Lamentis meis naeniae similem strepitum affecto.* cf. Ion. 930: μετῆλθες ἄλλων πημάτων καινὰς ὁδούς. Ibid. 505. ἐγὼ δὲ πῶς δρῶ; ποῦ θράσος νεμεῖς ἐμοί; Supererat, ut opinor in vetere libro πουθ' ρας unde haec absurda lectio conflata est. L. ποῦ θ' ἕδρας —. Ibid. 623—4 legendum, Δημήγορος δ' ἦκουσεν εὐπιθεῖς στροφὰς | δήμου Πελασγῶν· — Concionator est ipse rex, cujus orationi populus plausu *respondet*; hoc enim significatur per στροφάς. Quod autem subjicit, Ζεὺς δ' ἐπέκρανεν τέλος, dicere vult post populum Jovem etiam tonitru de caelo consilium probavisse. In Choro qui proxime sequitur legendum suspicor ἐφοδεύοι, et νῦν ὅπ' ἐμὰν θεοί. Mox autem sine ulla dubitatione v.v. 634—5 μήποτε πυρίφατον τὰν Πελασγίαν πόλιν | τὸν ἄχορον βοὰν κτίσαι μάχλον Ἄρη. hunc ad modum corrigo: M. π. τᾶνδ' ἁγίαν πόλιν | τᾶν ἀχόρων βοᾶν κτίσαι μάχλον Ἄρη. Κτίσαι πυρίφατον *incendio vastatam reddere* dixit ut 140 πρευμενεῖς κτίσειε. Μάχλον quod per se positum inepte de Marte diceretur, sequentibus genitivis optime convenit. Ibid. 983-4. Καί μου τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐκτενεῖς φίλους πικρῶς ἤκουσαν αὐτανεψίους. Med. habet φίλου. Legendum, καί που τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐκγενεῖς (sic Herm.) | φίλ' οὐ πικρῶς ἠκούσατ' αὐτανεψίους. *Libenter, ut credo, audivistis officia quae (nobis) contra infandos cognatos praestiterunt.* In Agam. 620—1 vulgo legitur: οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλά, ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον. sed sensus flagitat: ὥστ' οὐ πολὺν φίλοισι καρποῦ-

σθαι χρόνον. Eadem de causa in v. 635 πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα ναυτικῷ στρατῷ | ἐλθεῖν τελευτῆσαί τε δαιμόνων κότῳ; legendum suspicor ἐλθεῖν τε λυσσῆσαι τε. — Ibid. v. 871 πολλὴν ἄνωθεν τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω delendus est. Quo facto omnia plana et perspicua evadunt:

εἰ δ' ἦν τεθνηκὼς ὡς ἐπλήθυον λόγοι,
τρισώματος τἂν Γηρυὼν ὁ δεύτερος
χθονὸς τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβὼν
ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.

Ibid. 933—4. Κλ: εὔξω θεοῖς δείσας ἂν ὧδ' ἕρδειν τάδε; Αγ.: εἴπερ τις· εἰδώς γ' εὖ τόδ' ἐξεῖπον τέλος. In his ὧδ' ἕρδειν τάδε eodem sensu ponitur quo mox infra Πρίαμος εἰ τάδ' ἤνυσεν. Hoc igitur dicit Clytemnestra: *An precatus es Deos ut haec ad hunc finem perduceres?* His si quis illa adjungere conetur, *si metuisses*, frustra se torqueat. Quod vero Aeschylum dedisse conjicio caetera non modo non onerat verum etiam mirum in modum illustrat. εὔξω, θεοὶ δ' ἴσασιν, ὧδ' ἕρδειν τάδε. *Vovisti*, inquit, *idque Di sciunt, ut haec tibi sic evenirent. Jam si Priamo omnia ex voto processissent scis eum in purpureis tapetibus incessurum fuisse, quidni igitur tute idem facias?* Ceterum in Agamemnonis ξήσει legendum εἰδώς τ' εὖ — *et vota feci, si quis alius, et exitum praevidi.* Mox in 943 pro claudicante versu et obscura sententia, πιθοῦ· κράτος μέντοι παρές γ' ἐκὼν ἐμοί — repono, πιθοῦ· κράτος μὲν σοί· παρὲς δ' ἑκὼν ἐμοί. Ibid. 1019—21. τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσόνθ' ἅπαξ θανάσιμον | προπάροιθ' ἀνδρὸς μέλαν αἷμα τίς ἂν | πάλιν ἀγκαλέσαιτ' ἐπαείδων; Quum πεσόντα cum μέλαν αἷμα non concordaret diversae a diversis excogitatae sunt hujus loci corrigendi rationes. De mea vos judicabitis. τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσόν θ' ἅπαξ θανάσιμον | προποθέν τ' ἀνδρὸς μέλαν αἷμα κ. τ. ἑ. Ibid. 1055. οὗτοι θυραίαν τήνδ' ἐμοὶ σχολὴ πάρα | τρίβειν — persuasum

est mihi Aeschylum sic scripsisse: οὗτοι θυραίαν τήνδ' ἐμοὶ σχολὴν πάρα τρίβειν. In vv. 1132—35 lectionem sic constituo: ἀπὸ δὲ θεσφάτων τίς ἀγαθὰ φάτις βρότοις στέλλεται; κακῶν γὰρ λίαν πολυεπεῖς τέχναι θεσπιῳδὸν φόβον φέρουσιν μαθεῖν. In v.v. 1162—3. τί τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος ἐφημίσω | νεογνὸς ἀνθρώπων μάθοι πέπληγμαι δ' — cum antistrophicis ἑπόμενα προτέροισι τάδ' ἐφημίσω | καὶ τίς σε κακοφρονῶν τίθησι δαίμων non quadrant. In priore loco ἀνθρώπων quod in Codicibus plerumque compendiose scribitur ανων, in id ipsum mutandum est. (Idem jamdiu factum oportuit in nobilissimo Menandri fragmento in quo nunc scribitur κἀπιδημίαν ἀνθρώπῳ pro κἀπιδημίαν ἄνω.) Sic sensus evadit aptissimus. (Καὶ) νεογνὸς ἂν ὢν μάθοι. In antistropha legendum Καί σε κακοφρονῶν τίθησι δαίμων κ. τ. ἑ.

In Sept. 683 sqq. Personas sic distribuendas censeo:

Ετ. εἴπερ κακὸν φέρει τις αἰσχύνης ἄτερ.
Χο. ἔστω· μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσι,
κακῶν δὲ κἀσχρῶν οὔτιν' εὐκλείαν ἐρεῖς.

Ibid. 705 seqq. Hi versus, qui male pro dochmiacis habiti sunt, sic sunt distribuendi et legendi: Νῦν, ὅτε σοι παρέστακ' | ἐπιδαιμονῶν λή|ματος ἀντροπαίᾳ | χρονίᾳ· μεταλλαχ|τὸς ἴσως ἂν ἔλθοι | θελεμωτέρῳ (sic correxerunt alii) πνεύ|ματι νῦν δ' ἔτι ζεῖ. — Nunc ad pulcherrimum Sophoclis locum quae est in Trach. 517—530 pergamus. Sed hunc deformat v. 526, ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω. Non negligendum est hoc inter Acheloum et Herculem certamen splendidissimis quidem verbis narrari, sed tamen hanc narrationem in eo improbari posse quod virginibus in ore ponatur. Unde enim puellae ejus pugnae vices tam probe norant, cui ipsae adesse non possent? Ne haec sibi objicerentur hoc ipso versu ca-

vit poeta; sic enim scripsit: Ἔγνω δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω, quibus recte opponuntur quae de virgine ipsa dicuntur, quae matre deserta procul eventum opperiebatur. Quam in Oed. R. 65, ὥστ' οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε correctionem feci, jam pridem cum amicis communicatam, tamen fortasse operae pretium erit iterum commemorare: ὥστ' οὐχ ὕπνῳ γ' ἐνδόντα μ' ἐξεγείρετε, quae nec interpretis nec defensoris indigent. Leve est mendum in 105 quod omnes libros occupavit, οὐ γὰρ εἰσεῖδον γέ πω. *'Non vidi eum adhuc'* mire de illo dicitur quem nunquam nisi forte apud inferos visurus est. L. εἰσεῖδον γ' ἐγώ. In 601. p. ἐραστὴς, legendum δραστὴς ut ex sequentibus patet. v. 741. Legendum τίνα δ' ἀκμὴν ἤρρησ' ἔχων; hoc ipsum verbum de Oedipode apud Aristophanem in Ranis 1193, legitur. Ibid. v.v. 1463—4, αἶν οὔποθ' ἡ 'μὴ χωρὶς ἑστάθη βορᾶς | τράπεζ' ἄνευ τοῦδ' ἀνδρός. Haec non interpretari oportebat, quod nimis multi facere voluerunt, sed si fieri posset emendare. Quod si corruptam partem ad majusculam scripturam revoces ΟΥΠΟΤΕΗΜΗ, apparebit quam parum inter haec intersit et sequentia: ΟΥΠΟΤΕΗΝΗ. Hoc autem est: οὔποτ' ἦν ἡ κ. τ. ἑ. quod idem sonat atque οὐδεμία ποτὲ βορᾶς τράπεζα χωρὶς ἑστάθη ἄνευ ἐμοῦ.

In 1526. in eadem sententia persto ut parenthetice legantur, ὃν τίς οὐ ζηλῶν πολιτῶν ταῖς τύχαις ἐπέβλεπεν; Similem medicinam illi quam ad εὕδοντα adhibui expectat locus in Antig. 4—5. οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν, οὔτ', ἄτης ἄτερ, | οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ' ὁποῖον οὐ | τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν. Nihil est in prima parte sententiae quod lectorem torqueat, ἄτης ἄτερ est, *missa calamitate, nulla calamitatis ratione habita,* ita ut dedecus per se existimetur. Sed ad finem alterius versus οὐ in ὃν mutandum esse duplici ratione evincitur. οὐ enim et re-

dundat vel potius sententiam evertit, et, nisi ὄν inseras, genitivi illi τῶν σῶν κἀμῶν κακῶν non habent quo referantur. In Oed. Col. 44 si vim particulorum ἀλλὰ μὲν attendissent interpretes, vidissent quid in sequente versu opus esset, scripsissentque ὡς οὐχ ἕδρας γε τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι. 107. Sub corrupto nomine Παλλάδος titulus aliquis Eumenidum latet; aliena enim est huic loco Athenarum invocatio; versus autem 108 ludorum cathedris quam Sophocleo cothurno dignior. 229—30. Si haec aliter distincta essent non fuisset magistris impositus ille omnium ingratissimus labor ut quae ipsi non dispicerent discipulis expedirent. Roganti seni ἃ δ' ὑπέσχεο ποῖ καταθήσεις; *Cuinam (si me expuleris) persolves quae promisisti?* respondet Coloneus Οὐδένι· μοιριδία τίσις ἔρχεται Ἂν προπάθῃ τὸ τίνειν. Μοιριδία idem est quod κατὰ μοῖραν h. e. *δικαία.*

675. L. τὸν οἰνῶπον ἔχουσα κισσόν.

v.v. 919—23 nec bene compositi sunt, et orationis tenorem ea admiscendo interrumpunt, quae multo aptius et melioribus verbis infra in v. 929 dicuntur.

1081—3. εἴθ' ἀελλαία ταχύρρωστος πελειὰς | αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι τῶνδ' ἀγώνων | ἐωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα. Non necessaria est spectanti columbae nubes cui insideat, et lectoribus officit nescientibus utrum a κύρσαιμι regatur, quod tamen ad regendum τῶνδ' ἀγώνων requiritur, vel unde pendeat. ΝΕΦΕΛΑC ab ΕΦΕΔΡΑC ortum suspicor. *Utinam,* inquit, *huic certamini intersim eminentibus in sede caelesti oculis.*

1119—20. ὦ ξεῖνε μὴ θαύμαζε πρὸς τὸ λιπαρὲς Τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον. Si haec cum Thesei responsione conferantur (v.v. 1139—41) et praesertim cum verbis τέκνοισι τερφθεὶς τοῖσδε, et πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες,

statim apparebit quid pro sordibus istis quas longissimis annotationibus frustra eluere voluerunt editores, hanc lectionem proponam.

ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε πρὸς ΤΑΔ' ΕΙ ΠΑΡΟC
τέκν' ἐκφανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον.

1164—5. σοὶ φασὶν αὐτὸν εἰς λόγους ἐλθεῖν μολόντ'
αἰτεῖν, ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.

Non nego fieri posse ut Sophocles si verbum magna vi praeditum aliter commode inserere non posset trisyllabicam vocem in fine versus truncatam positurus fuerit. Sed μολόντα non modo vi caret, sed vel ad explendum metrum vix admitti deberet. Non enim hic de loco unde venerit Polynices nec de itinere agitur, sed tantummodo de rebus quas sibi concedi precatur. Mihi persuasum μολόντα locum vocabuli occupare quod magnopere sensum adjuvaret, scilicet μόνον, cujus prius ν postquam ut toties factum est cum λ confusum est, scriba masculinum postulari ratus τ adjecit. Eandem quam Sophocli extorquere conor licentiam alii poetae concedendam puto ut sensum versui reddamus. In Catulli Coma Berenices v.v. 78—9.

Quicum ego, quum virgo quondam fuit, omnibus
expers
Unguentis una millia multa bibi.

Pro *expers* legendum aspers'. Literas A et X a librariis saepe confundi docuit Magnus Gronovius in Observationibus ad Livium.

1171. ἔξοιδ', ἀκούων τῶνδ', ὃς ἐσθ' ὁ προστάτης.

Legendum esse οὗ προστατεῖς et sensus evincit et Thesei qui sequuntur, καὶ τίς ποτ' ἐστὶν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι. Versus 1278—9 interpolatos esse arbitror ab aliquo qui corruptam hujus loci lectionem mutuatus est. In 1673

revocandus dualis: ὦ τινε τὸν πολὺν ἄλλοτε μὲν πόνον ἔμπεδον εἴχομεν. Sed ad Euripidem festino, atque adeo ad tritissimam fabulam, Medeam, in qua tamen nonnulla et nova et vera reperisse mihi videor. 404. L. τοῖς Σισυφείοις τοῖσδ' Ἰασόνος γάμοις. 640. ἀπτολέμους δ' εὐνὰς σεβίζοιμ' ὀξύφρων κρῖναι (quod habet Schol.) λέχη γυναικῶν. In vulgata lectione Venus ipsa perquam absurde dicitur σεβίζειν ἀ. εὐνάς. 657. L. παρέστη quod hoc sensu Graecum est, alterum non item. — Ut in 744 Medea dixerat ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ' Ἥλιον πατρὸς | τοὐμοῦ — in 750 apte Aegeus respondet ὄμνυμι γαίας δάπεδον, Ἡλίου τε φῶς. Hoc ΔΑΠΕΔΟΝ in ΛΑΜΠΡΟΝ depravatum est et cum sequentibus constructum. Varietas illa lectionis ἡλίου θ' ἁγνὸν σέβας tantum in deterioribus libris adeoque in margine invenitur, et pro librarii conjectura habenda est. In 842 ποτ' ἄρων h. e. ποτ' ἄνδρων pro ποταμῶν habuerunt, ideoque antistrophica metro scilicet consulentes ita corruperunt, ut plane sensu careant. Illi igitur versus hunc ad modum legendi sunt: πῶς οὖν ἱερῶν ποτ' ἀνδρῶν ἡ πόλις ἡ φίλων πόμπιμός σε χώρα τὰν παιδολέτειραν ἕξει. Quod ad antistrophica attinet πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ — ea nemo unquam intellexit neque intellecturus est. 906. Optimus Codex habet γάμου. L. γάμου παρεμπολῶντος ἀλλοίου πόσεις. Delendi sunt v.v. 946—7. παῖδας — τινά. 992. L. μεταστένομεν. 1255. L. καταπαῦσον, ἔξελ' οἶκον φόνου τα-λαίναν τ' Ἐρινύων ἀπ' ἀλαστόρων. (Ἐρινύων trisyllabicum est: cf. Troad. 456. ὡς μίαν τρίων Ἐρινύων — in versus Trochaici initio.) In antistrophicis, 1265—7. L. χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ὁμογενῆ μιάσματ' ἐπέγειραν αὐτοφόνταις ξύ-νῳδα θέοθεν πίτνοντ' ἐπὶ δόμοις ἄχη. In Hecuba 846—7. δεινόν γε θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπίτνει | καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ

νόμοι διώρισαν. Alter versus si quid dicit id dicit quod cum priori contrarium tum per se falsum est. ΘΟΙ MONOI non .OI NOMOI sunt illi a quibus sortem humanam regi credit Chorus. In Hipp. 1105, 6. L. ξύνεσιν δὲ, τὶν' ἐλπίδα κεύθω, | λείπομαι, ἔν τε τύχαις θνατῶν καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσω. Λείπομαι ξύνεσιν idem est quod ἀπορῶ, unde pendet τ. έ. κ. Ionem sexcenties relegi, nec tamen ante hunc annum mendum animadverti in 96. καθαραῖς δὲ δρόσοις ἀφυδρανάμενοι. Sed ibi accusativum requiri nemo semel admonitus negabit. Quoniam autem de tritorum locorum correctione agitur, quid si versum omnium tritissimum foedissima labe purgo? Horatianum illum dico: *Congestis undique saccis Indormis inhians.* Supinus, ut opinor, dormiebat, ita ut saccis suis inhiare non posset. Sed fac eum pronum dormire; saltem dormiebat, itaque inhiare non poterat. Utrumque sane faciunt avari, sed illud nocte, hoc interdiu. Ἀνακολούθως ut saepe alias scripsit Horatius: Indormis, inhias. — Insulsas interpolationes quibus Alcestis inquinatur, libenter singulas indicassem, velut 309—325, 338—342, 636—641, 645—647, 658—661, 666—668; sed brevitatis causa ab Euripide ad illum transeo qui Rhesum condidit.

Est sane fabula in qua vix operae pretium sit oleam aut ingenium perdere; sed etiam in ineptis auctoribus conjecturis nonnunquam locus praebetur, quae postea in gravioribus emendandis adjumento sint. Veluti in 682—691, in quibus corrigendis nemo adhuc verum vidit, quia bellissimum artificium quo Ulysses utitur non erat τοῦ τυχόντος εὑρεῖν. Audite nunc quaeso ipsa hominis verba quae Ulyssi et Trojanorum custodibus tribuit, ut ex illis τὸ πάγκαλον σόφισμα discatis.

Χο. τίς ὁ λόγος; πόθεν ἔβας; ποδαπὸς εἶ;

Οδ. οὔ σε χρὴ εἰδέναι· θανεῖ γὰρ σήμερον δράσας κακῶς.
Χο. οὐκ ἐρεῖς ξύνθημα, λόγχην πρὶν διὰ στέρνων μολεῖν;
Οδ. ἦ σὺ δὴ Ῥῆσον κατέκτας;
Χο. ἀλλὰ τὸν κτενοῦντά σε ἱστορῶ.
Οδ. Θάρσει· πέλας ἴθι.
Χο. παῖε, παῖε, παῖε, πᾶς.
Οδ. ἴσχε πᾶς τις.
Χο. οὐ μὲν οὖν.
Οδ. ἆ, φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς.
Χο. καὶ τί δὴ τὸ σῆμα;
Οδ. Φοῖβος.
Χο. ἔμαθον· ἴσχε πᾶς δόρυ. οἰσθ' ὅποι βεβᾶσιν ἄνδρες;
Οδ. τῇδέ πῃ κατείδομεν.
Χο. ἕρπε πᾶς κατ' ἴχνος αὐτῶν· ἦ βοὴν ἐγερτέον;
Οδ. ἀλλὰ συμμάχους ταράσσειν δεινὸν ἐν νυκτῶν φόβῳ.

In verbis vix quidquam mutavi praeter ἴστω in qua voce ορ syllaba omissa est ut supra in loco Aeschyleo που θ ρας. Idem remedium ad παρθένος τὰ πατρῷα in Prov. Gr. memini me adhibere, et libenter adhibuerim in Plat. Conv. 216. D., ubi verba: ἐκπεπληγμένοι ἐσμὲν cum sequente verbo praesenti κατεχόμεθα vix quadrant; sin ἔσταμεν legamus omnia optime praecedunt. Sic in Phaedro 228. C. παραλαβὼν τὸ βιβλίον ἃ μάλιστα ἐπεθύμει ἐπεσκόπει. Scio haec ita defendi ut ἐπισκοπεῖν subaudiatur. Sed talis sententiae structura Platonicam elegantiam minime sapit, nec si hoc voluisset binis imperfectis usus esset, sed ἐπέθυμησε saltem dixisset. Extra dubitationem mihi positum videtur auctorem ἐτεθαυμάκει scripsisse. In Thucyd. 111. 89. si scribis credimus, ἡ θάλασσα ἐπελθοῦσα ἀπὸ τῆς τότε γῆς καὶ κυματωθεῖσα

ἐπῆλθε τῆς πόλεως μέρος τι. Non necesse est ad ea quae infra occurrunt provocare, ἐν Πεπαρήθῳ κύματος ἐπαναχώρησις τις, quo veram lectionem ἐπανελθοῦσα confirmem. Haec mihi scribenti in mentem venit locus Philebi 32. St. in quo sub ἀπόδοσις ἐπάνοδος, sub εἰς ταὐτὸν ἀπιόντων εἰς τὸ ὑγρὸν ἐπανιόντων latere suspicor; de eadem re paullo infra vocabulo ἐπαναχώρησις utitur. Nec praetereundus est in Politico locus 215. A. Δεῖ τοίνυν τὸν τρόπον, ὡς ἔοικε, διορίσαντας τῆς ἀρχῆς τῆς πόλεως οὕτω τελέως τὸν πολιτικὸν ἡμῖν εἰρῆσθαι προσδοκᾶν. Excidit syllaba εσ qua restituta προσδοκᾶν cum suo tempore consociabitur. L. εἰρήσεσθαι. Dum locum, quem supra ex Thucydide citavi, apud auctorem ipsum quaero, complures conjecturas per libri marginem dispersas inveni, quas, quoniam raptim inter legendum factae sunt neque hic neque alias commemorabo. Verum tamen eas recensenti pauculae haud prorsus indignae visae sunt quas vobiscum communicarem. Igitur ex his nonnulla specimina e libris tertio et quarto desumpta proponam. Valde turbatus est locus in Thucyd. III. 12. fin. ubi Mitylenenses hunc ad modum ratiocinantes inducuntur: ὥστε εἴ τῳ δοκοῦμεν ἀδικεῖν προαποστάντες διὰ τὴν ἐκείνων μέλλησιν τῶν εἰς ἡμᾶς δεινῶν αὐτοὶ οὐκ ἀνταναμείναντες σαφῶς εἰδέναι εἴ τι αὐτῶν ἔσται, οὐκ ὀρθῶς σκοπεῖ. εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι καὶ ἀντιμελλῆσαι, τί ἔδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' ἐκείνοις εἶναι; ἐπ' ἐκείνοις δ' ὄντος ἀεὶ τοῦ ἐπιχειρεῖν καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνασθαι. Operam ludet qui aliquem sensum e verbis τί ἔδοι — εἶναι extrudere conabitur. Sed loci difficultas librario debetur qui cum ἀντεπιβουλεῦσαι et ἀντιμελλῆσαι de iisdem dici crederet primum sententiam prava distinctione pessumdedit, deinde ἡμᾶς supplevit ut essent qui ἐπ' ἐκείνοις εἶναι dicerentur.

Mihi non est dubium quin Thucydides scripserit: εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου ἀντεπιβουλεῦσαι, καὶ ἀντιμελλῆσαί τι ἔδει ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' ἐκείνοις εἶναι. In Diodoti oratione apud eundem, 3, 42. med. vulgo legitur: χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προσκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα, sententia, si sequentia attendas, perspicua, si verba ipsa spectes, nulla. Quis enim bonus scriptor ἐπὶ χρήμασιν ibi collocaret nisi ipsos accusatores pecunia corruptos fuisse intelligi vellet, aut κατηγορεῖν ἐπίδειξιν ἐπὶ χρήμασι poneret non adjecto γενησομένην aliove participio? Quid autem sibi vult προσκατηγοροῦντες, nulla alia re praemissa de qua isti accusarent? Aut quae denique vis est in voce ἐπίδειξις ubi de iis agitur quae defensoris partes susceпturi erant? Bonum factum quod Cod. G. Bekkeri, haud sane admodum antiquus ille, sed qui multas lectiones a caeteris diversas p aebet, easque ejusmodi, ut pro scribarum correcturis nullo modo haberi possint, etiam in hoc loco notabilem discrepantiam habet: ἀντίδειξίν τινα. Vocem illam inauditam librarius certe non commentus est, neque vero in libro quem describebat repperit, sed non dissimilem quam pro solertia sua corrupit, scilicet ΑΝΤΙΛΕΞΕΙΝ. Sic enim credo scripsisse Thucydidem: χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προσκατηγοροῦντες ἀντιλέξειν τινά. Unde vero natum est ἐπίδειξιν? Ex corrupto illo, quod solus G. servavit, ἀντίδειξιν. Leviora sunt sequentia, sed ad scribarum ingenium ostendendum non inutilia. 2, 92. καὶ τοὺς νεκροὺς καὶ τὰ ναυάγια, ὅσα πρὸς τῇ ἑαυτῶν ἦν, ἀνείλοντο. Si id tantum fecissent merito fuissent impietatis damnati. Dele τῇ: sic demum optime his respondent ea quae sequuntur: καὶ τοῖς ἐναντίοις τὰ ἐκείνων ὑπόσπονδα ἀπέδοσαν. Pergit scriptor de tropaeis alterius partis narrare; ἔστησαν δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τροπαῖον ὡς

νενικηκότες τῆς τροπῆς, ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν, καὶ ἥνπερ ἔλαβον ναῦν ἀνέθεσαν ἐπὶ τὸ Ῥίον τὸ Ἀχαϊκὸν παρὰ τὸ τροπαῖον. Apparet aut ὡς v. aut τῆς τρ. supervacaneum esse. Credo Thucydidem dedisse τὰς τρόπεις, nam eae solae supererant ex navibus quas in litus urgendo fregerant. Obiter moneo in 2, 101. δῶρά τε καὶ πρέσβεις ἔπεμψεν αὐτῷ (nempe Sitalces Perdiccae) legendum. In 102, ad fin. nisi valde fallor τῷ σώματι ab interprete adjectum est. In 3, 4. init. lege οἷς ἑωρῶν ἀπήγγειλαν μὲν deleto inportuno supplemento οἱ στρατηγοί. In 3, 17. init. nihil unquam gravi scriptore indignius vidi quam illud κάλλει, quasi de pulchritudine navium ageretur. Quin etiam verborum collocatio adeo confusa est ut vel istum futilem sensum vix elicias. Legendum καὶ ἄλλῃ ut ex reliqua oratione manifestum est. In 4, 3. v. fin. dele καταλαμβάνων. In 4, 8. pr. med. τὴν δὲ νῆσον ταύτην φοβούμενοι μὴ ἐξ αὐτῆς τὸν πόλεμον σφίσι ποιῶνται, verba ἐξ αὐτῆς τὸν πόλεμον libenter omiserim et προσποιῶνται legerim. Mox in c. 9. ad πειράσειν ἀποβαίνειν ἐς χωρία si contuleris 4, 43. fin. ἐπὶ τὴν Σολύγειαν κώμην πειράσειν, mecum senties ἀποβαίνειν a scriba suppletum, qui discrimen quod est inter πειράσειν et πειράσεσθαι non attendebat. Mox deleto ἡγεῖτο, malim ἐπισπασθέντας αὐτοὺς προθυμήσεσθαι. In c. 10, Demosthenes hoc tantum dixerat: καὶ οὐκ ἐν γῇ στρατός ἐστιν, ἐκ τοῦ ὁμοίου, ἀλλ' ἀπὸ νεῶν, αἷς πολλὰ τὰ καίρια δεῖ ἐν τῇ θαλάττῃ ξυμβῆναι. Scriba qui non videbat ἐκ τοῦ ὁμοίου ad illa opponi αἷς π. τ. κ. δ. ἐ. τ. θ. ξυμβῆναι, μείζων de suo infersit. In 4, 32. init. delendum καὶ vel potius retrahendum ita ut haec lectio fiat: Οἱ δ' Ἀθ. τοὺς μὲν πρώτους φύλακας — διαφθείρουσιν ἔν τε ταῖς εὐναῖς καὶ ἔτι ἀναλαμβάνοντας τὰ ὅπλα, λαθόντες τὴν ἀπόβασιν. 33. L. ἔτρεπον

ὑποστρέφοντες deleto καὶ εἰ. 62. v. fin. L. διότι, quod librarius in δι(καίως) ὅτι amplificavit.

Taedet referre omnia quae in Rheso melius legi possunt; pauca tantum specimina quam celerrime percurram. 229—30. ἀγεμών et καὶ γενεῦ utrumque in alterius sedem transponenda sunt. 237. L. Φθιάδων δ' ἵππων quod in antiquo Codice latet in οἴκων. Scilicet primum δ in ο abiit; deinde cum οἴππων vox nihili esset a scriba in οἴκων conversa est. In proximo versu pro πέρσαντος L. πέρσας τὸν. Scholiastam ad 373. non recte intellexit Dindorfius, neque sane digna est illa interpretatio quae intelligatur: sed hoc voluit dicere, in verbo σχιστὰν id saltationis genus innui quod σχιστὰς ἕλκειν vocabant, cujus inter alia saltationum nomina mentio fit apud Pollucem. In 820—32, qui antistrophici sunt versibus 454—466, has mutationes fieri velim. d. prius μέγας et ὦ. L. πολιόχον. L. ἔμολεν. L. ναῦς. d. Ἀργείων στράτον. L. οὔτ' ἐπεκείμισ'. d. μὰ. L. Σιμοεντίαδας. d. μοι. L. ὦ ἄνα. Post ἀναίτιος supple γὰρ. Excidit aliquid hoc sensu et metro, πάντων φημὶ γενέσθαι. L. παράκαιρον. In stropha L. θέλοι. d. μοι. L. Ἀχιλεὺς. L. ἔγωγε et εἰσίδοιμ'. L. ὅτῳ, et insere νιν ante λόγχᾳ. Denique in 932. pro φιλαιμάτους legendum φιλαιμάτους et hoc exemplis adjiciendum confusarum I et P literarum de qua re dixi ad Philebum.

Quae in Aristophanem habeo adeo sunt levia, ut poetam illum silentio praeteriissem, nisi mihi unum ἕρμαιον oblatum fuisset quod omnibus placiturum arbitror qui judicium auctoritati anteponendum putant. Meministis illius loci apud Nubes, in quo vel antiquissimi Codices οἴνου τ' ἀπέχει καὶ γυμνασίων habent, Diogenes Laertius οἴνου τ' ἀπέχει καδηφαγίας, quarum lectionum prior aperte inepta est altera ad rem accommodatissima. Quid

factum est? Viri docti nimia in Codices reverentia retenti sunt ne illa expulsa hanc reciperent. Credo igitur me operae pretium facturum esse si ex ipso Aristophane ostendero quam sublesta sit veterum illorum librariorum fides. In Nub. 376—8. legitur hodie, ὅταν ἐμπλησθῶσ' ὕδατος πολλοῦ καἀναγκασθῶσι φέρεσθαι | κατακρημνάμεναι πλήρεις ὄμβρου δι' ἀνάγκην, εἶτα βαρεῖαι | εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι ῥήγνυνται καὶ παταγοῦσιν. Profecto bellum est istud δι' ἀνάγκην praecedente κἀναγκασθῶσι, (debebat saltem esse ὑπ' ἀνάγκης) nec minus mirabile est εἶτα sic nude in media narratione positum. Quid ergo scripsit Comicus? Ipse nos infra docebit. v.v. 383—4. οὐκ ἤκουσάς μου τὰς Νεφέλας ὕδατος μεστὰς ὅτι φημὶ | ἐμπιπτούσας εἰς ἀλλήλας παταγεῖν διὰ *τὴν πυκνότητα.*

Sed admonet me hujusce opusculi titulus, ut relictis caeteris scriptoribus ad Platonem aliquando deveniam, non ut singularum mutationum a me in Euthydemo factarum rationem reddam, hoc enim in notulis ita mihi fecisse videor ut idonei judices nihil amplius desideraturi sint ad sententiam de singulis conjecturis ferendam; sed quoniam diu multumque in Platone legendo versatus sum, si quid afferre possum quod ejus scripta legentibus faciliora reddat, juventutis vestrae causa vos aequo animo accepturos esse confido. Agmen ducat locus in Legg. 9. 853. ubi pro νομοθετούμενοι, legendum νομοθετοῦμεν· οἳ — ἐνομοθέτουν. Ibid. 7. 794. προειρημένων. L. προηρημένων. Ibid. 791. L. ἀγαπητὸν εἰ. Ibid. 5. 740. pro ὧδ' οὖν. L. ᾧ δ' οὖν. Ibid. 5. 739. pro δευτέρως. L. οὐχ ἑτέρως. Ibid. 730. ἔτυχεν. Imo ἀπέτυχεν. Ibid. 2. 657. pro ζήτησις L. ὑφήγησις. In Convivio. 183. B. pro ὥς γε. L. ᾧ γε. 197. D. ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ, κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης τε καὶ σωτὴρ ἄριστος —

Hanc duplicem nominum seriem quis non videt ita ordinari ut non universa universis verum singula singulis accommodentur? Et παραστάτης quidem aptissimé ad ἐν πόνῳ, σωτὴρ ad ἐν φόβῳ referatur. Cum voce κυβερνήτης autem quid aliud recte consociari potest praeterquam ἐν πλῷ? Deinde quid omnino hic sibi vult ἐπιβάτης, qui Amoris titulus perridiculus est? Postremo ineptissime Deus, qui ipse est πόθος neque, ut saltem Agathoni videbatur, λόγου particeps unquam esse potuit, tanquam ἐν πόθῳ et ἐν λόγῳ opem ferens praedicatur. Et res et ordo mihi persuadent reponendum esse, ἐν πλῷ, ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, κυβερνήτης, παραστάτης [τε καὶ] σωτὴρ ἄριστος. Omissum quum esset primum vocabulum et postea in margine suppletum, literae πλ cum ω supra scripto pro compendiis habitae sunt vocum πόθῳ et λόγῳ. His igitur postea in orationem admissis quum ex tribus quatuor factae essent, ut par numerus utrobique servaretur, magistello diligenter circumspicienti quaerentique quodnam vocabulum inserere oporteret pero pportune in mentem venit ἐπιβάτας saepenumero cum κυβερνήταις simul memorari. Ibid. 198. B. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως μὲν θαυμαστά — Alterum μὲν expulit Bekkerus. Male; sententia non nimia redundantia sed contrario vitio laborat, et hunc ad modum implenda est. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα, οὐχ ὁμοίως μέν, θαυμαστὰ δέ. Ibid. 208. D. Legendum, εἰ ἐθέλοις — βλέψαι θαυμάζοις ἂν τῆς ἀλογίας, [περὶ] ἃ ἐγὼ εἴρηκα εἰ μὴ ἐνόεις, ἐνθυμηθεὶς κ. τ. ἑ. 209. A. Quid sit κυῆσαι aut quomodo a κυεῖν differat nemo nos docere dignatus est. Ex reliqua sententia apparet Platonem scripsisse: καὶ κυεῖσθαι καὶ κυεῖν. 211. E. delenda sunt ἀλλ' αὐτὸ τὸ θεῖον καλὸν δύναιτο μονοειδὲς κατιδεῖν, quae ex pannis undecunque desumptis composita sunt et sententiam onerant.

Ibid. 221. D. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι. L. οἷοι δὲ καὶ ἕτεροι, κ. τ. ἑ. In Philebo 31. E. pro πειρώμεθα L. πείρω μοι, ut in 48. D. Ibid. 56. A. L. οὐκοῦν μεστὴ μέν που μουσικὴ πρῶτον, τὸ ξύμφωνον ἁρμόττουσα οὐ μέτρῳ ἀλλὰ μελέτῃ, στοχασμοῦ; Charmid. 158. pro ἕδει L. προσδεῖ. Ibid. 172. E. ἄτοπα γ' — L. ἄτοπ' ἄττ' —. Opportune admodum de harum literarum confusione cogitabam quum in sequentem Plutarchi locum incidi, de Def. Orac. V. ὡς ὁ μὲν οὖν τοῦ μαντείου προφήτης φωνῇ Αἰολίδι χρώμενος τὸν πρὸς τοὺς τῶν βαρβάρων (ἀγγέλους) χρησμὸν ἐξήνεγκεν ὥστε μηδένα ξυνεῖναι ἁγίων τῶν παρόντων (L. ἀτ' Ἰώνων παρόντων), ὃν ἐκεῖνον (L. ἐνδεικνὺς) ὡς τοῦ ἐνθουσιάσμου τι τοῖς βαρβάροις οὐκ ἔστιν, οὔ(τε) δέδοται φωνὴν Ἑλληνίδα λαβεῖν τὸ προσταττόμενον ὑπηρετοῦσαν. (L. ὑπηρετοῦσιν.)

Et quoniam Plutarchum in manibus habeo quid impedit quominus duo vel tria exempla hujus auctoris a me correcti judicio vestro submittam? Pulchra est Platonis imitatio in Lib. de Tranq. Anim. VII. quae tamen ita deformata est ut vix intelligi possit: Καὶ ὥσπερ κύνας, ἂν ὑλακτῶσι τὸ προσῆκον αὐτοῖς ἐκείνους οἰόμενος περαίνειν ἐπιλήσει. (L. ἔα· ἢ λήσεις) πολλὰ λυπηρὰ συνάγων κ. τ. ἑ. In Def. Orac. XII. init. Legendum. — καὶ τὰ Ἡσιόδου συνεξάπτουσαν. ἀλλ' οὔτε τοῦ κόσμου τὴν φθορὰν ἀνέχομαι λεγομένην, ταῖς τε μηχάναις, δι' ὧν ἐν (τοῖς) ὑπομνήμασι τῶν φωνῶν μάλιστα τὰ περὶ τὴν κορώνην καὶ τὴν ἔλαφον ἐκδύεσθε, ἀπιστῶ ὑπερβαλλόντως. De EI apud Delph. 11. L. ἐπεὶ δὲ τὸ φιλοσοφεῖν ἔφθη τὸ ζητεῖν. De Isid. et Osir. XXXIV. pro ΑΕΙ L. ΦΑCΙ.

Sed alia ad Plutarchum spectantia infra dabo. Nunc ad Charmidem redeo ubi in 173. A legitur εἶμαι μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, λῆρεῖν με. ὅμως τό γε προφαινόμενον ἀναγκαῖον σκοπεῖν. Quis non videt barbarum illud με ex ΑΛΛ' ortum

esse, sine quo ὅμως sic nude positum aures vehementer offendit. Miror in 174. B. neminem perperam repetita et postea corrupta verba animadvertisse. ἀλλ' ἦ τὸ λογιστικόν; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ἦ τὸ ὑγιεινόν; Μᾶλλον, ἢ δ' ὅς. Ἐκείνη δ' ἣν λέγω μάλιστα ἣν δ' ἐγὼ, ἦ τί; Legendum, ἐκείνη δ' ἣν δ' ἐγὼ, ἡ μάλιστα (sc. τοιαύτη) ἦ τί; In Protagora 242. E. de Lacedaemonio dicitur, ἔπειτα ὅπου ἂν τύχῃ τῶν λεγομένων ἐνέβαλε ῥῆμα ἄξιον λόγου κ. τ. ἑ. Conjicio, ὅτου ἂν ἀντέχηται τῶν λ. ut in Euthyd. 305. A. παντὸς δὲ ῥήματος ἀντέχονται. In Cratylo corrigendum simul et delendum emblema quod in 401. C. apparet. [καὶ ὅτι γ' αὖ ἡμεῖς τὸ τῆς οὐσίας μετέχον Ἑστίας (imo ἔστι) φαμὲν, καὶ κατὰ τοῦτο ὀρθῶς ἂν καλοῖτο Ἑστία.] Ibid. 402. B. ἀλλοιότερον. L. ἄλλο τι ἕτερον. 405. C. Uncinis includenda sunt, ὥνπερ — ὁμοῦ, et τὴν ὁμοῦ πόλησιν. Aliter Socratem habebimus bis eadem de potestate τοῦ α disserentem. His autem remotis facilis et expedita evadit oratio. Κατὰ δὲ τὴν μουσικὴν, δεῖ ὑπολαβεῖν κἀνταῦθα, καὶ περὶ τὸν οὐρανὸν οὓς δὴ πόλους καλοῦσι καὶ [τὴν] περὶ τὴν ἐν τῇ ᾠδῇ ἁρμονίαν, ἣ δὴ συμφωνία καλεῖται κ. τ. ἑ. Mox plene distinguendum est post Ἀπόλλωνα· et δὲ post alterum ἐκαλέσαμεν ponendum. Ibid. 407. B. pro οὐδὲν δ' ἀπέχει — L. οὐδὲν δ' ἀπηχεῖ. *Consonum est.* 413. C. L. εἶναι δὲ τὸ δίκαιον, ᾧ λέγει Ἀναξαγόρας νοῦν εἶναι, ταὐτόν. *Esse autem justum idem cum illo quod Anaxagoras mentem esse ait.* 416. B. Pro καίτοι λέγει γ' αὐτὸ κ. τ. ἑ. L. καί τοι λέγε γ' εἰ αὐτὸ ἁρμονίᾳ καὶ μήκει τῷ οὗ παρῆκται. Mox L. τὸ καλέσαν τ. π. καὶ τὸ καλοῦν. 421. A. Delendum τοὔνομα. 422. A. ταῦτα γάρ που οὐκέτι δίκαιον φανῆναι ἐξ ἄλλων ὀνομάτων ξυγκείμενα ἂν οὕτως ἔχῃ. L. φάναι et ἔχειν. *Non liceret dicere haec ejusmodi esse (sc. elementa esse posse,) si composita essent.* Cf. infra δικαίως ἂν φαῖμεν κ. τ. ἑ. 422. B.

ἐρωτᾷς. Bodl. ἀγρόταις. L. ἀνερωτᾷς. 423. Legitur absurde, ἀρ' οὐκ ἂν — ἢ οὐ; L. ἆρα κἂν. 424. D. Bene hujus loci sensum perspexit Sauppius, quem referunt οἷς inseruisse. Non videbat vir doctissimus hoc ipsum in inutili AYΘIC latere, quod conflatum est a finali α vocis παντα et ipso pronomine quod Sauppius desiderabat. L. τὰ ὄντα αὐ πάντα, οἷς δεῖ κ. τ. ἑ. Dum Cratylum de manibus depono hoc adjicio; neminem mihi unquam persuasurum hunc dialogum non esse in fine truncum. Ἀλλὰ καὶ σὺ πειρῶ ἔτι ἐννοεῖν ταῦτα ἤδη! Sed fortasse pauciora desunt quam primo aspectu putaremus; et satis erit si ἤδη in ἦ δὴ ἔχει mutaverimus. Nunc bona venia vestra admirabilem illam trilogiam aggrediar, atque in primis Theaetetum.

145. E. In verbis „τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἐστὶν ὃ ἀπορῶ καὶ οὐ δύναμαι λαβεῖν ἱκανῶς παρ' ἐμαυτῷ, ἐπιστήμη ὅ τί ποτε τυγχάνει ὄν." nemo, quantum sciam, quid esset παρ' ἐμαυτῷ explicavit. Constanti usu dicitur λόγον δοῦναί τινι, et λόγον λαβεῖν παρά τινος. Itaque reponendum, παρ' ἐμαυτοῦ.

150. C. Pro Εἰμὶ δὴ οὖν lege εἰμὶ δ' οὖν. Οὖν δὴ solennis ordo est, nisi quando δὴ praecedentibus adhaeret, ut in πολλὰ δή, νῦν δὴ et similibus.

152. B. Recte Hirschigius ἐφ' ἑαυτοῦ.

Ibid. C. Οἷα γὰρ αἰσθάνεται κ. τ. λ. in his verbis ratio concluditur. Sic enim disputat: A. οἷα φαίνεται ἑκάστῳ, ἔστι, B. τὸ φαίνεταί ἐστι τὸ αἰσθάνεται. C. οἷα αἰσθάνεται ἕκαστος, ἔστι. Hinc patet γὰρ vitiosum esse, pro quo legerim γ' ἄρ': nam Hirschigio has particulas conjungi posse neganti nequaquam assentior, nam harum particularum societatis praeter ea quae ad Iph. Taur. protuli plurima in ipso Platone vel exempla vel exemplo-

rum vestigia supersunt. Sophist. 241. C. Ἀδύνατον γὰρ ἄν, ὡς ἔρικεν, εἴη τὸν σοφιστὴν ἑλεῖν, εἰ ταὐθ' οὕτως ἔχει. In his quoniam nullus ad praecedentia assensus continetur, γὰρ plane alienum est. Contra id ipsum quod requiritur *(atqui si ita est)* γε et ἄρα optime suppeditant. Idem mihi in Gorgia 454. D. faciendum videtur et in Philebo 29. D. ubi nunc legitur, ταῦτα γὰρ ἐρεῖς. Contra Ibid. 46. B. vulgata lectio σύμμικτον τοῦτό γ' ἄρ, ὦ Σ. κ. τ. ἑ. mendosa est; nihil enim praeter simplicem particulam γε loci sensus admittit. Credo γε pro compendioso γὰρ male lectum esse, γαρ autem quum minus placeret in γ' ἄρα perperam mutatum.

Ibid. E. ξυμφέρεσθον. Dualis aperte ostendit caeteram lectionem mendosam esse: apparet duo paria, unum philosophorum, poetarum alterum a Platone commemorari. Mihi videtur verbum excidisse, cujus jactura reliquam sententiam turbaverit. Itaque locum ad hunc fere modum corrigam: καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ πλὴν Παρμενίδου ταὐτὰ λέγουσι· ξυμφέρεσθον γὰρ Πρωταγόρᾳ Ἡράκλειτός τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς. κ. τ. λ. 153. A. Perridicule ad hunc diem legitur ὅτι τὸ μὲν εἶναι δοκοῦν καὶ τὸ γίγνεσθαι κίνησις παρέχει. Haec Heindorfius ita defendit: *„non opus est corrigere* δοκοῦν, *quum* τὸ εἶναι *h. l. substantivi,* δοκοῦν *autem adjectivi locum habeat, et possit utrumque sermone nostro exprimi das schreibare Sein.“* Hoc si Plato dicere voluisset, dixisset saltem τὸ δοκεῖν εἶναι. Verum hic nondum agitur de ista Protagorae sententia, quam infra cum hoc de motu placito conspirare ostendet. Legendum τὸ εἶναι ὁτιοῦν, quod facile in alterum abire potuit; pone enim longiore forma τοῦ τ usum esse librarium, hujus autem imam partem inflexam sursum continuasse, quo litèram ι efficeret, tum hae duae literae a notissima

forma τοῦ κ vix dignoscendae essent. Hac mutatione facta aliud etiam incommodum vitatur. Etenim ex illa, quam libri praeferunt, lectione sequeretur ipsam τοῦ εἶναι notionem a motu oriundam esse. At hoc non dicit, sed omnes res, quotquot sint, motu effici — ὅτι τὸ μὲν εἶναι ὁτιοῦν καὶ τὸ γίγνεσθαι κίνησις παρέχει.

155. B. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τρίτον, ὃ μὴ πρότερον ἦν, ἀλλὰ ὕστερον τοῦτο εἶναι ἄνευ τοῦ γενέσθαι καὶ γίγνεσθαι ἀδύνατον; Si haec cum sequentibus conferantur, ἄνευ γὰρ τοῦ γίγνεσθαι γενέσθαι ἀδύνατον, facile apparebit quemadmodum corrigi debeant; scilicet, τοῦτο εἶναι καὶ γενέσθαι ἄνευ τοῦ γίγνεσθαι ἀδύνατον.

168. E. Ἵνα μή τοι τοῦτο ἔχῃ ἐγκαλεῖν. Nullus hic locus est particulae τοι quam Clarkianus praefert: legendum, ἵνα μή τι τοῦτό γε, ut mox ἀλλ' οὔ τι σοῦ γε. Eadem de causa in proxima oratione lego τί δ' οὖν; Πολλῶν τοι Θεαίτητος κ. τ. λ. 169. B. οὕτω τις ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε — verborum ordo δεινὸς ab alia manu intrusum esse ostendit.

169. E. μὴ τοίνυν δι' ἄλλων, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐκείνου λόγου .... λάβωμεν τὴν ὁμολογίαν. En novum exemplum syllabae ἐξ cum δι' confusae. Scribendum ἐξ ἄλλων. In 155. E. eadem praepositio reddenda, ut συνεξερευνήσωμαι ἐξ αὐτῶν legatur; nam ab *ipsis* philosophis eorum disciplinam repetiturus est.

171. B. Corruptum locum sic restituendum censeo: Ἐξ ἁπάντων ἄρα ἀπὸ (τῶν) Πρωταγόρου ἀρξαμένων ἀμφισβητήσεται, μᾶλλον δέ γ' ὑπ' ἐκείνου ὁμολογήσεται κ. τ. λ. Delendum autem esse interpretis emblema τότε καὶ ὁ Π. αὐτὸς ξυγχωρήσεται quis non videt?

172. B. ὡς οὐκ ἔστι φύσει αὐτῶν οὐδὲν οὐσίαν ἑαυτοῦ ἔχον. Corrigendum ἐφ' αὑτοῦ. Sic in 152. B. Hirschigius

pro vitiosa codicum scriptura ἐφ' ἑαυτὸ, ἐφ' ἑαυτοῦ reposuit. Ad ea quae mox sequuntur ὧδέ πως τὴν σοφίαν ἄγουσι Heindorfius ἄγειν eodem fere sensu usurpari putabat atque in nota locutione ἐντίμως ἄγειν. Hoc quum parum probabile sit locum corruptum esse existimo et sic refingendum: καὶ ὅσοι γε δὴ μὴ παντάπασι τὸν Πρωταγόρου λόγον, ὧδέ πως τὴν σοφίαν λέγουσι. Sic qui Protagorae placitum verum quidem esse statuebant sed minus late patere quam ipse voluerat illis opponuntur qui universam τῆς ἀληθείας disciplinam probabant. Ibid. C. Πῶς δὴ οὖν λέγεις; otiosum vel potius molestum est τὸ οὖν; contra τοῦτο perquam commode adesset; quare hoc pro illo reponendum censeo. 173. A. Legendum videtur: καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ ἐλευθέριον. Ibid. C. οἱ ἐν τῷ τοιῷδε χορεύοντες. Imo, οἱ ἓν τῷδε τῷ χόρῳ ὄντες. 171. B. Pro ταὐτὸν δ' ἀρκεῖ σκῶμμα, quod Heindorfio suspectum Buttmannus Schleiermacherum secutus parum idonea citatione tuebatur, ταὐτὸν δ' ἥκει σκῶμμα legendum videtur. Cf. Eur. Med. 252. ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πρὸς σὲ κἄμ' ἥκει λόγος. 172. B. τὰ μὲν ὑπερηφάνως ἔχων, ὡς δοκεῖ, τὰ δ' ἐν ποσὶν ἀγνοῶν τε καὶ ἐν ἑκάστοις ἀπορῶν. Falsa est ἀντίθεσις inter τοὺς ὑπερηφάνως ἔχοντας, quod idem est atque τοὺς ὑπερηφάνους et illos qui terrestrium rerum ignari sunt. Quid legendum sit ex loco Phaedonis, 96, patebit: νέος ὢν θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν. ὑπερήφανος γάρ μοι ἐδόκει εἶναι. Hic igitur qui *sublimia curant* τοὺς τὰ ὑπερήφανα ἔχοντας vocat. 177. E. μὴ γὰρ λεγέτω τοὔνομα, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ὃ ὀνομαζόμενον θεωρεῖται. Extrema sic vertunt: *sed rem quae nominata consideratur*. Fateor me haud magis Latina quam Graeca intelligere, nisi forte quod quae in Latinis habentur fieri saltem possunt, ut res *quae jam nominata est* consideretur;

sed hoc esset ὠνομασμένον vel ὀνομασθέν. Conjicio, τὸ πρᾶγμα ὃ ὀνομάζομεν θεωρείτω. 181. D. Expellenda est Theaeteti responsio: Ἐμοί γε δοκεῖ. Modeste quaesiverat Socrates: ἆρ' οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως. His apte respondet Theaetetus Ἀναγκαῖον μὲν οὖν. Ceterum multo saepius quam plerique suspicantur personarum partes in dialogis Platonicis confusae sunt. Jam pridem in Philebo tres locos indicavi, sc. 53. E. ubi Τὸ τρίτον ἔτ' ἐρῶ in τὸ τρίτον ἑτέρῳ corruptum praecedentis personae orationi adhaesit. 54. B. ubi verba Ἆρ' ἐπανερωτᾷς με τοιόνδε τι; Λέγ', ὦ Πρώταρχέ μοι κ. τ. λ. Socratis persona in medium intrusa foedissime depravata sunt. Ibid. infra, ubi τοῦτ' αὐτὸ λέγω ὦ Πρώταρχε a praecedentibus separari oportebat. Nunc nova haec exempla afferam. Euthyphro. 7. B. οὐχ οὕτως; ΕΥΘ. Οὕτω μὲν οὖν. ΣΩ. Καὶ εὖ γε φαίνεται εἰρῆσθαι; ΕΥΘ. Δοκῶ, ὦ Σώκρατες· εἴρηται γάρ. Quae Socrati tribuuntur Euthyphroni continuari debebant. Si hoc factum esset, grammaticus putida illa de suo non addidisset, quae nunc Euthyphroni tribuuntur. Cratyl. 429. C. ΚΡ. Πῶς λέγεις; ΣΩ. Ἆρ' ὅτι ψευδῆ λέγειν τὸ παράπαν οὐκ ἔστιν, ἆρα τοῦτό σοι δύναται ὁ λόγος; συχνοὶ γάρ τινες οἱ λέγοντες, ὦ φίλε Κράτυλε, καὶ νῦν καὶ πάλαι. Delenda est Socratis persona ubi nunc legitur, et ante συχνοὶ inserenda. Phileb. 36. E. ΣΩ. Λέγε δή μοι. Θαῦμα γὰρ ἐμέ γ' ἔχει διὰ τέλους [ἀεὶ] περὶ ταῦθ' ἃ νυνδὴ προυθέμεθ' ἀπορήματα. ΠΡΩ. Πῶς δὴ φῄς; ΣΩ. Ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς οὐκ εἰσὶν ἡδοναί; Nihil hic facit Protarchi persona; omnia Socrati tribuenda sunt. Legg. A. 645. D. ΚΛ. Φανείη δὲ τάχ' ἂν ἴσως τοῦ μήκους γ' αὐτῶν οὐκ ἀπάξιον. ΑΘ. Εὖ λέγεις κ. τ. λ. ΚΛ. Λέγε δή. Recte „signum interlocutoris mutati omittunt Ξ et Ω." Cliniae nomen ante εὖ λέγεις ponendum, Atheniensis ante Λέγε δή. Sed

ut ad Theaetetum revertar in 187. C. Θράττει με πῶς κ. τ. λ. nimis abrupto sermoni facillimum remedium propono, nempe ut Ὁ θράττει legatur. 189. E. ὥς γε μὴ εἰδώς σοι ἀποφαίνομαι. An scripsit Plato, ὡς γ' ἐμὴν εἰκώ σοι ἀποφαίνωμαι. τούτῳ γάρ μοι ἰνδάλλεται, διανοουμένῃ οὐκ ἄλλο τι ἢ διαλέγεσθαι. Mox procul dubio pro τίθεμεν scribendum τίθεμαι. Ibid. C. ἑατέον δὲ καὶ σοὶ τὸ ῥῆμα. Quoniam nullam vim habet τὸ καὶ, videndum annon praestaret ἑατέον δὲ κεῖσθαι τὸ ῥῆμα ἐπὶ τῶν ἐν μέρει. 192. A. Δεῖ ὧδε λέγεσθαι περὶ αὐτῶν κ. τ. λ. Vitium prodit tum abrupta oratio, tum passivum λέγεσθαι, praesertim sequente διοριζομένους. Lego, Δεῖν ὧδε διελέσθαι κ. τ. λ. 192. E. Σωκράτης ἐπιγιγνώσκει Θεόδωρον καὶ Θεαίτητον, ὁρᾷ δὲ μηδέτερον. Quidni οὐδέτερον? Quia in ἐπιγιγνώσκει latet εἰ γιγνώσκει. Aptissimum est verbum simplex, compositum contra cum ἐπι sequentibus verbis ὁρᾷ δὲ μηδέτερον plane contradicit. 193. E. Παρελείπετο. Imo Περιελείπετο. 195. D. αὖ τὸν ἄνθρωπον. Miror haec tam diu retenta esse. Quoniam de ipsa specie seu notione hominis agitur, certissimum est αὐτὸν ἄνθρωπον. 198. C. ἦ οὖν ὁ τοιοῦτος ἀριθμοίη ἄν ποτέ τι ἢ αὐτὸς πρὸς αὑτὸν αὐτά, ἢ ἄλλο τι τῶν ἔξω ὅσα ἔχει ἀριθμόν; Primum Ἦ οὖν in Τί οὖν; mutandum, alioquin non ἦ οὖν sed ἆρ' οὖν in initio interrogationis positum fuisset. Quae autem sequuntur ita corrupta sunt ut sine aliquo audaciore remedio sanari non posse videantur. Patet opponi inter se merum et simplicem numerum quem quis mente percurrat, et res externas quas numerare conetur. Jam vero qui prius illud facit non potest dici ἀριθμεῖν τι, sed αὐτὸν ἀριθμὲν ἀριθμεῖν. Sunt quidem qui haec ita distingui putent, ut primum aliquae res ad ipsos numeros quos in mente habemus, deinde ad aliquam externam numerorum ima-

ginem, digitos puta vel calculos, recenseantur; verum hic sensus nec per se commodus est, nec in verbis praefertur; fieri enim non potest ut πρὸς ante ἄλλο τι subaudiatur. His difficultatibus ad audaciorem conjecturam motus scribendum censeo: Τί οὖν; ὁ τοιοῦτος ἀριθμοίη ἄν ποτε ἢ τοι αὐτὸν ἀριθμὸν πρὸς αὐτόν, ἢ ἄλλο τι τῶν ἔξω ὅσα ἔχει ἀριθμόν; Ibid. D. οὕτω δὲ καὶ ὧν πάλαι ἐπιστῆμαι ἦσαν αὐτῷ μαθόντι καὶ ἠπίστατο αὐτά. Abest alterum καὶ a Clarkiano et a plerisque codicibus. Legendum μαθών τ' ἠπίστατο αὐτά. 199. B. ὅταν θηρεύων τινὰ ἀπ' αὐτοῦ ἐπιστήμην διαπετομένων ἀλλ' ἑτέρας ἑτέραν ἁμαρτὼν λάβῃ. — „Plura in his menda insedisse" confitetur Heindorfius, quorum quum nullam corrigendi viam obtulerit Codex Clarkianus frustra aliam praeterquam a nostro ipsorum judicio expectabimus. Quod autem facilius aut mitius remedium esse posset quam quod et sensus et codicum scriptura suadet? ὅταν θηρεύων τινὰ πανταχοῦ ἐπιστημῶν διαπετομένων ἑτέραν ἀλλ' ἑτέρας λάβῃ. 209. E. ΘΕ. Εἰπὲ δὴ τί νῦν δὴ ὡς ἐρῶν ἐπύθου. Sic omnes editiones nullo prorsus sensu. Clarkianus autem pro εἰπὲ habet εἶγε. Animadvertendum est Socratem in praecedente oratione ita locutum esse ut illum duas ὑποθέσεις in animo habuisse appareat. Εἰ μὲν γὰρ προσδοξάσαι et quae sequuntur unam continent; altera statim post hanc Theaeteti interpellationem sequitur. Hinc satis, ut opinor, manifestum est quid fere hic dicere debeat; scilicet, Εἰ δέ γε — τί νυνδὴ ὡς ἐρῶν ὑπέθου. Dico *fere*, quia quamvis de εἰ δέ γε et ὑπέθου non dubito quin sint verissima, illa ὡς ἐρῶν nequaquam mihi satisfaciunt. Itaque hic locus si quando otium dabitur, denuo retractandus erit. Nunc, si placet ad Sophistam pergamus, in quo tamen non omnia indicabo quae mihi videntur satis probabiliter corrigi posse, sed ea tantum quae longa contro-

versia non egent. 222. B. τούτων ὁπότερ' ἂν ἡγῇ φίλον εἰρῆσθαί σοι, τοῦτο ἡμῖν διόρισον. Hermannus Clarkiano nimis deditus διοριστέον recepit; quasi verbale pro simplici imperativo poni posse cujusvis libri auctoritati credendum esset! Heindorfius ὁπότερα per *utrocumque modo* interpretatur, quod si verum esset, τοῦτο in ταύτῃ mutari oporteret. Sed aliud est in ὁπότερα vitium, quod idem Vir magnus argutius quam prudentius interpretando elevare conatur; non enim duae sed plures ὑποθέσεις propositae sunt. Postremo quis non cum Hermanno sentiat notissimam formulam ὅτι σοι φίλον, vel ὅπῃ σοι φίλον inutile illud pondus τοῦ ἥγει sustinere non posse? His de causis repono: τούτων ὅ τι περ ἂν ᾖ φίλον εἰρῆσθαί σοι, τοῦθ' ἡμῖν διόρισον. Ad ὅ τι περ cf. Sophist. 255. A. Legg. I. 645. C. 224. D. Τρίτον δέ γ' οἶμαί σε, κἂν εἴ τις αὐτοῦ καθιδρυμένος, τὰ μὲν ὠνούμενος τὰ δὲ καὶ τεκταινόμενος αὐτὸς μαθήματα περὶ ταὐτὰ ταῦτα καὶ πωλῶν κ. τ. ἑ. Περὶ ταὐτὰ ταῦτα nihil aliud est quam quod supra dixit περὶ λόγους καὶ μαθήματα. Habemus igitur μαθήματα περὶ μαθήματα. Satisne manifesta sunt interpretis Platonem comitantis vestigia? Non interpretem sed interpolatorem produnt quae in 227. D. leguntur: καὶ μὴν καθαρμὸς ἦν τὸ λείπειν μὲν θάτερον ἐκβάλλειν δὲ [ὅσον] ἂν ᾖ πού τι φλαῦρον. 227. A. Τά τε (sc. καθάρσεων εἴδη) τῶν ζῴων, ὅσα ἐντὸς σωμάτων ὑπὸ γυμναστικῆς ἰατρικῆς τε ὀρθῶς διακρινόμενα καθαίρεται καὶ περὶ τἀκτὸς, εἰπεῖν μὲν φαῦλα, ὅσα βαλανευτικὴ παρέχεται. Librarius quum relativum ad proxime praecedens ζῴων incogitanter referret, videretque verbum καθαίρεται mox secuturum, hanc sibi proposuit constructionem: ζῴων ὅσα καθαίρεται, quod quam sit ineptum quivis videt. At unde illa expiscatus est? Nempe ex lectione quae ipsi corrupta videbatur, nobis attentius

legentibus non item. Hanc enim, nisi vehementur fallor, lectionem ante oculos habebat: Τά τε τῶν ζῴων ὅσοις ἰὰντὸς ..... καθαίρεται, καὶ τὰ περὶ τἀκτός —. Quod autem in fine sententiae rerum anima carentium purgatio κοσμητικὴ appellatur et hic et in Politico, id mihi tam incredibilis ejus vocabuli usus videtur, ut paene paratus sim ad Valckenaerianam correctionem praeclaram illam et ab omnibus receptam confugere, et quemadmodum ille in Herodoto σμέοντες pro κοσμέοντες reposuit, sic in Sophista et Politico σμητικὴ legere. 227. D. καί μοι τὸ μετὰ τοῦτο ἐπάκουε πειρώμενος αὖ τὸ λεχθὲν διχῇ τέμνειν. Non multis verbis opus fore credo ut ἐπάκουε falsum esse ostendam, cujus verbi vim satis declaravit Cobetus in Mnemosyna. Cum ex constanti Platonis usu, tum ex sequentibus καθ' ὁποῖ' ἂν ὑφήγῃ, apparet legendum esse ἑπακολούθει, nec dubium est quin πειρωμένῳ haud paullo aptius et elegantius sit quam πειρώμενος. 229. A. Οὐκοῦν καὶ περὶ μὲν ὕβριν καὶ ἀδικίαν καὶ δειλίαν ἡ κολαστικὴ πέφυκε τεχνῶν μάλιστα δὴ πασῶν προσήκουσα δίκη. Expellendum est extremum vocabulum quod e margine in textum migravit. Mox in C. Ἀγνοίας γ' οὖν legendum, est enim responsio *aliqua ex parte assentientis*. Verba autem καὶ δὴ καὶ τούτῳ γ' εἶμαι μόνῳ τῆς ἀγνοίας ἀμαθίαν τοὔνομα προσρηθῆναι, tum demum et aliquem sensum habebunt, et eum qui huc unice convenit, si μόνῳ in μορίῳ mutetur. 234. A. pro καὶ τοίνυν καὶ ταχὺ ποιήσας αὐτῶν ἕκαστα παυὸ σμικροῦ νομίσματος ἀποδίδοται, malim καίτοι εὖ καὶ ταχὺ ποιήσας κ. τ. ἑ. Ibid. C. Τί δὲ δή; περὶ τοὺς λόγους ἆρ' οὐ προσδοκῶμεν εἶναί τι' ἄλλην τέχνην, ᾗ δυνατὸν αὖ τυγχάνειν τοὺς νέους ..... γοητεύειν; Δυνατὸν τυγχάνει in pedestri sermone nequaquam ferendum est. Itaque nec Hermanni conjecturam pro-

bare possum, ἢ οὐ δυνατὸν αὖ τυγχάνειν. Si hoc tantum scriptor dicere voluisset quidni δυνατὸν εἶναι scriberet? Lego, ἦ δυνατὸν αὖ ταχ' ἂν εἴη. Porro ad finem ejusdem sententiae absurde legitur ὥστε ποιεῖν ἀληθῆ δοκεῖν λέγεσθαι, καὶ τὸν λέγοντα δὴ σοφώτατον πάντων ἅπαντ' εἶναι. Sensus postulat καὶ τὸν λέγοντα δὲ —. 235. A. In loco toties tentato novam viam ingressus orationem hunc ad modum refingo: ὅτι τῶν τῆς παιδιᾶς μετεχόντων ἐστ' ἐπιστημόνων εἷς. 235. E. εἰ γὰρ ἀποδιδοῖεν τὴν τῶν καλῶν ἀληθινὴν συμμετρίαν. — Imo τὴν τῶν κώλων, h. e. *partium*. 240. B. Hunc locum quem partim suo judicio fretus correxit, partim Clarkiano nimis addictus corrupit Hermannus, quemadmodum constituendum censeo describam: Οὐκ ὄντως ὂν ἄρα λέγεις τὸ ἐοικός, εἴπερ αὐτό γε μὴ ἀληθινὸν ἐρεῖς.: Ἀλλ' ἔστι γε μήν πως.: Οὐκ οὖν ἀληθῶς γε φῄς.: Οὐ γὰρ οὖν· πλήν γ' εἰκὼν ὄντως.: Οὐκ ὂν ἄρ' ὄντως ἐστὶν ὄντως ἣν λέγομεν εἰκόνα. *Fateor*, inquit Theaetetus, *imaginem non esse* ὂν ὄντως, *sed est tamen* εἰκὼν ὄντως. Cui Hospes: *Ergo et non est* ὄντως, *et est* ὄντως *id quod imaginem vocamus.* Adeo perspicuus est hic sensus, ut de lectione dubitari posse mirer. Geminatum οὐκ quod duobus in locis inter ὄντως et ὂν insertum est, quod frustra tueri studet Heindorfius, scribarum oscitantiae debetur. 241. C. ἐάν πῄ τι καὶ κατὰ βραχὺ παρασπασώμεθα οὕτως ἰσχυροῦ λόγου. Inserui τι, quod in ΠΗ absorptum erat. Ad καὶ κατὰ βραχὺ cf. supra 240. E. 3. Notio ab illis sumpta est qui aliquid valido adversario e manibus extorquere conantur. 242. C. Εὐκόλως μοι δοκεῖ Παρμενίδης ἡμῖν διειλέχθαι, καὶ πᾶς ὅστις πώποτε ἐπὶ κρίσιν ὥρμησε τοῦ τὰ ὄντα διορίσασθαι πόσα τε καὶ ποῖά ἐστιν. Haec et sequentia qui diu multumque pertractaverit Eleatici querelam de Parmenide et caeteris non in eo constare intelliget, quod hanc vel illam ratio-

***

nem in disputando secuti sint, sed quod missa disputatione, μύθους διηγεῖσθαι inceperint. Quae fuerint illae fabulae et quam utiles audientibus, festive admodum persequitur Plato. Sed quid de εὐκόλως fiet? Sanum quidem esse non potest; quis enim unquam cuiquam hoc vitio vertere auderet, ὅτι εὐκόλως διαλέγεται? Aut quomodo περὶ τῶν εὐκόλως διαλεγομένων dici potest ὅτι λίαν τῶν πολλῶν ἡμῶν ὑπεριδόντες ὠλιγώρησαν? Haec de illis tantummodo dici possunt, qui *ne disputant quidem*; illud autem ipsam nullo fere negotio e mendosa lectione eruetur, si pro ΕΥΚΟΛΩC ΟΥΧΟΛΩC legatur. Scio Platonem libentius alia formula uti solere, et plerumque apud eum τὸ παράπαν οὐ hoc sensu inveniri. Sed nihil eum prohibebat quominus illud alterum adhiberet, quo Demosthenes etiam usus est. 244. D. Καὶ τὸ ἓν γε ἑνὸς ἓν ὂν μόνον καὶ τοῦτο ὀνόματος αὐτὸ ἓν ὄν. In his Schleiermacherus pro αὐτὸ scripsit αὖ τὸ, quam conjecturam Heindorfius certissimam vocat. Ego vero pace tantorum virorum alia prorsus conjectura locum sanandum esse contendo. Ut haec duo inter se opponuntur τὸ ὄνομα ὀνόματος ὄνομα μόνον et τὸ ἓν ἑνὸς ἓν ὂν μόνον καὶ τοῦτο (nam haec postrema ad comparationem indicandam adjiciuntur; cf. Sophist. 254. A. ἰδεῖν μὲν χαλεπὸν ἐναργῶς καὶ τοῦτον —) sic in altera sententia quaerendum est aliquid quod illis, μηδένος ὄνομα ἀναγκασθήσεται λέγειν, respondeat. Quare sententiam hunc ad modum refingam: καὶ τὸ ἓν γε, ἑνὸς ἓν ὂν μόνον καὶ τοῦτο, ὀνόματος δ' οὐ τὸ ἓν ὄν. Sic duas habebimus ὑποθέσεις, nomen nominis tantum nomen, et unum unius tantum unum: sequitur deinde utrumque negative expressum; nomen non unius nomen et unum non nominis unum. Ceterum quam facile ΔΟΥ in ΑΥ abire potuerit vix est operae pretium animadvertere.

247. D. Recte haec distinxit Hermannus; sed legendum est: εἰ δέ τι τοιοῦτον. 247. E. τίθεμαι γὰρ ὅρον ὁρίζειν τὰ ὄντα ὡς ἔστιν οὐκ ἄλλο πλὴν δύναμις. Satis verborum de eo quod clarius et facilius sic diceretur: τίθεμαι γὰρ ὅρον ὡς ἔστιν οὐκ ἄλλο τι πλὴν δύναμις. Et sic quidem scripsit Plato, quem qui diligenter legebat magistellus in margine notam apposuit, ὁρίζει τὰ ὄντα. Simillimum adferam locum infra in Euthydemo 281. D. Ceterum quae hic apposui editores jamdiu admonere poterant, ut meram barbariem in proxima pagina corrigerent. 248. C. ἱκανὸν ἔθεμεν ὅρον που τῶν ὄντων κ. τ. ἑ. Legendum ἐθέμην; sed gravius latet vulnus in ἱκανὸν, quod ex οὐκ ἄλλον corruptum esse suspicor. Itaque lego: οὐκ ἄλλον ἐθέμην ὅρον που τῶν ὄντων, ἢ ὅταν τῳ παρῇ .... δύναμις. 249. B. L. ἀκινήτων τ' ὄντων (πάντων), quibus infra respondent κινούμενα πάντα. 249. D. Τί οὖν; ἆρ' οὐκ ἐπιεικῶς ἤδη φαινόμεθα περιειληφέναι τῷ λόγῳ τὸ ὄν. ΘΕ. Πάνυ μὲν οὖν. ΞΕ. Βαβαί· οὐ μεντἄρα, ὦ Θεαίτητε· ὥς μοι δοκοῦμεν νῦν αὐτοῦ γενήσεσθαι περὶ τὴν ἀπορίαν τῆς σκέψεως. Ita sanavi quae in libris nullo sensu leguntur: Βαβαὶ μέντ' ἂν ἄρα ὦ Θ. ..... γνώσεσθαι κ. τ. ἑ. 251. A. Frustra vexatus est hic locus. Nec διωξόμεθα nec διαθησόμεθα nec διασωσόμεθα nec quidquam aliud legendum est praeter id, quod libri habent, διωσόμεθα. Juxta difficile esse ostendit id quod est atque id quod non est explicare. Hinc auguratur, si quid lucis utrivis horum alicunde accedat, fore etiam ut alterum discerni possit; sin ambo in tenebris maneant, quid tum? Disputationem, *servabimus, disponemus, persequemur*? Imo, ita *repellemus* ut si quis ex ejus quod non est natura negotium nobis facessit, eundem in eo quod est haud minus sibi contradicentem efficiamus. Accedit

quod cum hoc verbo et hac sententia εὐπρεπέστατα egregie convenit, at non cum contraria notione, quae conjecturis supra commemoratis inest; parum enim hospitem Eleaticum Sophistis infensum deceret *speciosam* disputationem promittere. Ibid. Οἷον δὴ τί; παράδειγμα εἰπέ. Deleantur posteriora, quae prioribus tanquam interpretatio adjecta sunt. Mox in C. idem in voce κτήσεως faciendum. Quid enim est κτῆσις περὶ φρόνησιν, aut πενία κτήσεως? Dixisset saltem, πενία κτημάτων. Ibid. E. Personae sic distribuendae: Ἐγὼ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν οὐδὲν ἔχω πρὸς ταῦτ' ἀποκρίνασθαι. : Τί οὖν οὐ καθ' ἓν ἀποκρινόμενος ἑφ' ἑκάστου τὰ συμβαίνοντα ἐσκέψω; : Καλῶς λέγεις. : Καὶ τιθῶμέν γ' αὐτοὺς κ. τ. ἑ. Hic, ut ubique, respondentis partes Theaeteto tribuuntur; sed fraudem fecit librariis initium sermonis καὶ τιθῶμέν γε, qui abruptior illis visus est, non animadvertentibus Hospitis verba ex iis quae supra dixerat continuari. 252. D. Pro ἐπιγιγνοίσθην ἐπ' ἀλλήλοιν, quod in optimis libris est, conjecturam sequioris codicis leviter mutatam repono, et inutilem praepositionem e particula male lecta ortam expello. L. εἴπερ ἐπιμιγνύσθην γ' ἀλλήλοιν. Dudum inter omnes convenit hanc esse probam optativi formam.

Male Hermannus in 251. D. ἀδύνατον pro ἀδύνατα e Clarkiano recepit. Idem error in 252. E. omnes libros occupavit, ubi pro ἀδύνατον εὑρέθη legendum ἀδύνατ' ὄνθ' ηὑρέθη. 254. B. Οὐκοῦν περὶ μὲν τούτου καὶ τάχ' ἐπισκεψόμεθα σαφέστερον, ἂν ἔτι βουλομένοις ἡμῖν ᾖ. Patet deesse vocem quae *postmodum* significet; καὶ τάχα quum sit pondus inutile, hoc ipsum in κατὰ σχολὴν mutare praestat, quam lacunae suspicionem movere. 255. A. Κίνησίς τε στήσεται, καὶ στάσις αὖ κινηθήσεται· περὶ γὰρ ἀμφότερα θάτερον ὁποτερονοῦν γιγνόμενον αὐτοῖν ἀναγκάσει μεταβάλλειν αὖ θάτερον ἐπὶ

τοὐναντίον τῆς αὐτοῦ φύσεως, ἅτε μετασχὸν τοῦ ἐναντίου. Recte hunc locum explicavit Heindorfius, nisi quod θάτερον ὁποτερονοῦν αὐτοῖν de *motu* et *statu* intelligenda docuit. Significantur ταὐτὸν et θάτερον, quorum utrumvis si ambobus illis simul, statui et motui, inerit, efficiet ut status et motus alicujus ejusdem sint generis participes, ita ut utervis eorum in alterius naturam necessario transeat, et sic demum κίνησίς τε στήσεται καὶ στάσις αὖ κινηθήσεται. Quod autem illud adjecit, quod ex communi experientia ductum est, μετέχετον μὴν ἄμφω ταὐτοῦ καὶ θατέρου, id a disputatione flagitatur. Hactenus enim nec ταὐτὸν nec θάτερον duobus iliis generibus commune esse posse evincit. At enim quid impedit quominus alterum horum statui, alterum motui, tribuamus? Ut ad haec respondeat, confitentem Theaetetum facit utrumque de utroque posse praedicari. Itaque sic concludit: μὴ τοίνυν λέγωμεν κίνησίν γ' εἶναι ταὐτὸν ἢ θάτερον, μηδ' αὖ στάσιν — quibus verbis ostendere vult id non magis verum esse si de utrovis separatim, quam si de duobus conjunctim dicatur. 259. C. τὸ ταῦτα ἐάσαντα ὡς δυνατά. — Imo, ὡς ἀνήνυτα. Indignum est Heindorfio commentum, quo vulgatam defendit lectionem, ut scilicet δυνατὰ pro οὐ χαλεπὰ positum fuerit. 263. D. περὶ δὴ σοῦ λεγόμενα μέντοι θάτερα ὡς ταὐτὰ καὶ μὴ ὄντα ὡς ὄντα παντάπασιν ὡς ἔοικεν ἡ τοιαύτη σύνθεσις ἔκ τε ῥημάτων γιγνομένη καὶ ὀνομάτων ὄντως τε καὶ ἀληθῶς γίγνεσθαι λόγος ψευδής. Miror interpretes ex ipso loco, in quo μέντοι positum est, lacunam non animadvertisse. Ea nempe ex repetitione ejusdem participii orta est, quod a scribis omissum indubitanter restituo: Περὶ δή σου λεγόμενα, λεγόμενα μέντοι θάτερα ὡς ταὐτὰ κ. τ. ἑ. Quod ad

ὡς ἔοικεν — γίγνεσθαι attinet, non tantum apud me valet eorum auctoritas qui duplicem locutionem nonnunquam apud bonos auctores confundi docent, quin ὡς expulissem, si caetera sic ab omni mendo libera fore credidissem. Sed nondum mihi liquet de παντάπασιν, quod si ad ὄντως τε καὶ ἀληθῶς referendum est non suam sedem tenere videtur; neque omnino appositio illa λεγόμενα — ἡ τοιαύτη σύνθεσις Platonicam elegantiam refert.

In Politici loco qui est p. 266, incredibile est quam ridiculos in errores inciderint plures alioqui sagacissimi viri, dum in illo ἀγελαίῳ γένει, quod cum nostro extremum relictum est, alius anserem, alius simiam, alius nescio quod aliud animal quaereret. Quid? Nonne satis diserte scripta sunt illa? εἴπερ δυοῖν γ' ἐστὶ ποδοῖν δὶς πεφυκυῖα· (quod, opinor, in anseres non cadit) — τῷ τῶν ὄντων γενναιοτάτῳ καὶ ἅμα εὐχρεστάτῳ· (γενναῖος de grandi corpore dici docent exempla apud Astium frequentia) οὐκ εἰκὸς ὕστατα ἀφικνεῖσθαι τὰ βραδύτατα; (hoccine de simiis dictum est?) ὁ βασιλεὺς συνδιαθέων τῷ πρὸς τὸν εὐχερῆ βίον ἄριστα γεγυμνασμένῳ· quod de quo alio dici poterat quam de subulco? aut quis jam his locis comparatis *suillum genus* indicari etiamnum dubitabit? In 269. A. absurde legitur de Sole, τότε δὲ δὴ μαρτυρήσας τῷ Ἀτρεῖ μετέβαλεν αὐτὸ ἐπὶ τὸ νῦν σχῆμα. Reponendum διαμαρτύρησας et αὐτόν. Nam si Sol ἐμαρτύρησε τῷ Ἀτρεῖ, pars culpae in eum tanquam caedis conscium cadit. At non hoc fecit, sed scelus detestatus est, quod Graece διαμαρτυρεῖν dicitur. 270. B. Λογισάμενοι δὴ ξυννοήσωμεν τὸ πάθος ἐκ τῶν νῦν λεχθέντων, ὃ πάντων ἔφαμεν εἶναι τῶν θαυμαστῶν αἴτιον. Ἔστι γὰρ οὖν δὴ τοῦτ' αὐτό. Ν. Σ.: Τὸ ποῖον; Ξ.: Τὸ τὴν τοῦ παντὸς φορὰν -τότε μὲν ἐφ' ἃ νῦν κυκλεῖται φέρεσθαι, τότε δ' ἐπὶ τἀναντία. Ν.Σ.: Πῶς δή; Tria mirabilia,

quorum in antiquis fabulis memoria conservata est, Solis cursus mutatus, Hominum sub Saturno vita et cultus, Homines e terra geniti, ex eadem causa profluxisse dicuntur; ea vero est caeli in contrariam partem mutata conversio. Haec omnia adeo lucide explicata sunt, ut mireris cur Socrates etiamnum haereat, et per illa πῶς δὴ respondeat. Neque vero Hospes dubitantem docere dignatur, sed ulterius pergit, atque ea quae talem mutationem comitantur a tribus supra memoratis miraculis colligere conatur: hoc est enim λογισάμενος ξυννοεῖν τὸ πάθος ἐκ τῶν λεχθέντων. Hinc apparere credo πῶς δή, quod nec cum praecedentibus, nec cum sequentibus cohaeret, mendosum esse. Sed quae sequuntur propius inspiciamus. Ταύτην τὴν μεταβολὴν ἡγεῖσθαι δεῖ τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν γιγνομένων τροπῶν πασῶν εἶναι μεγίστην καὶ τελεωτάτην τροπήν. Quam incondite dictum sit, ταύτην τὴν μεταβολὴν εἶναι τροπήν, nemo non videt. Atqui non modo inconditam verum etiam falsam sententiam esse contendo. Etenim μεταβολὴ ad τὴν τοῦ παντὸς φορὰν spectat, τροπὴ ad extremum seu caelestem circulum tantum refertur. Non hanc igitur eandem esse atque illam dicere oportebat, sed illius causam atque principium. Quare deleta Socratis persona Hospitis orationem hunc ad modum refingo: Πρὸς δὴ ταύτην τὴν μεταβολὴν ἡγεῖσθαι δεῖ τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν τροπῶν πασῶν εἶναι μεγίστην καὶ τελεωτάτην τροπήν. Paullo infra legimus: μετάβαλλον δὲ πάλιν ἐπὶ τοὐναντίον οἷον νεώτερον καὶ ἀπαλώτερον ἐφύετο. Frustra se torqueat qui ex οἷον aliquem sensum elicere velit. Lege ἐπὶ τοὐναντίον ἰόν. Mox adjicit: τῶν δ' ἡβώντων τὰ σώματα λεαινόμενα καὶ σμικρότερα καθ' ἡμέραν καὶ νύκτα ἑκάστην γιγνόμενα πάλιν εἰς τὴν τοῦ νεογενοῦς παιδὸς φύσιν ἀπῄει, κατά τε τὴν ψυχὴν καὶ [κατὰ] τὸ σῶμα ἀφομοιούμενα. Qui

ad ἀφομοιοῦσθαι (παιδὸς φύσει) subaudiendum contendit, (quod ego, nisi posito αὐτῇ, fieri posse nego) haud facile explicabit cur vehementiore locutione, εἰς φύσιν ἀπιέναι, praeposita, languidior sententiam claudat. Rarum sed unice aptum vocabulum restituo, ἀπομειούμενα. 271. B. ἑπόμενον γάρ ἐστι τῷ τοὺς πρεσβύτας ἐπὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἰέναι φύσιν, ἐκ τῶν τετελευτηκότων αὖ, κειμένων δ' ἐν τῇ γῇ πάλιν ἐκεῖ ξυνισταμένους et sic deinceps sine verbo. Nempe verbum jam praeteriimus neque agnovimus, ἥκειν in ἐκεῖ turpiter deformatum. Ibid. D. locum lacunosum et male habitum non ultra attingam quam ut moneam pro θεῶν ἀρχόντων, θεῶν λαχόντων a sequente accusativo postulari. 272. E. πάντες οὖν οἱ κατὰ τοὺς τόπους συνάρχοντες τῷ μεγίστῳ δαίμονι θεοί — inauditum est Deos Daemoni socios regni accedere. Fefellit librarios satis usitata Platoni verborum collocatio, quam quum hic eam ob causam adhiberet, ne γνόντες et quae sequuntur nimis arcte cum praegressis cohaererent, scribere maluit τῷ μεγίστῳ δαίμονες θεῷ. Mox legimus, ὁ δὲ μεταστρεφόμενος καὶ συμβάλλων, ἀρχῆς τε καὶ τελευτῆς ἐναντίαν ὁρμὴν ὁρμηθείς κ. τ. ἑ. Haec interpretentur qui se intelligere credunt. Mihi persuasum est nullam unquam sanam sententiam hinc exituram nisi participio συμβάλλων casus quem regat tribuatur, ut sciamus quid sit id quod mundus in illa conversione confundat, simulque res simplicissima, ἐναντία ὁρμή, prodigiosis illis additamentis liberetur. Veri interpretis partes mihi agere videor haec ita legi jubendo: — Ὁ δὲ μεταστρέφομενος, καὶ ξυμβάλλων ἀρχάς τε καὶ τελευτὰς, ἐναντίαν ὁρμὴν ὁρμηθείς. — Locum omnium fere difficillimum jam praeterieram quia, ut verum fatear, longae disputationis molestiam reformidabam, si correctionis meae ratio reddenda esset. Verum

tamen quid obstat quominus hic adumbrem quae alias fusius exsequar? Est locus ille paullum supra, 272. E. καὶ δὴ καὶ τὸ γήινον πᾶν ἀνήλωτο γένος, πάσας ἑκάστης ψυχῆς τὰς γενέσεις ἀποδεδωκυίας, ὅσα ἦν ἑκάστῃ προσταχθέντος αὐτὰ εἰς γῆν σπέρματα πεσούσης, κ. τ. ἑ. Jam viderunt editores syllabam τος ad αυτα pertinere ut una τοσαῦτα efficiant, sed minus intellexerunt hunc ipsum scribae errorem in causa fuisse cur propriam ejus participii terminationem negligeret, nec quantum sciam quisquam adhuc vidit in illo γῆν γηιν h. e. γήινα latere. Praeterea verbum quod apte de animabus in semina infusis dicitur non est πίπτειν sed εἰςδύεσθαι. Jam vero δ et ο confundi et per se facile intelligitur et plurimis exemplis ostendi potest. Scribo igitur, ἑκάστης τῆς ψυχῆς .... ὅσα ἦν ἑκάστῃ τὰ προσταχθέντα τοσαῦτα εἰς γήινα σπέρματα εἰςδύσης. 276. B. Primum pro ἤ τινι τῶν βασιλέων, legendum, ἢ τῇ — sc. τέχνῃ. Confusa sunt a scriba THI et TINI. Deinde in verbis ἐπιμέλεια δὲ κ. τ. ἑ. paene inextricabilis error ab exigua admodum causa ortus est. Jam ante Stobaei tempora μᾶλλον a nescio quo scriba omissum et postea in margine suppletum est; deinde in illius Codicis apographo quodam restitutum quidem est, sed ut nimis saepe accidit, non in suam sedem. Hoc nunc demum facto haec perspicua et elegans evadit sententia: Ἐπιμέλεια δέ γ' ἀνθρωπίνης συμπάσης κοινωνίας οὐδεμί' ἂν ἐθελήσειεν ἑτέρα προτέρα τῆς βασιλικῆς φάναι καὶ μᾶλλον κατὰ πάντων ἀνθρώπων ἀρχῆς εἶναι τέχνη. Hoc dicit: *Nullam aliam humanarum rerum administrationem ausuram esse profiteri, se regia illa scientia aut dignitate priorem esse, aut latius inter homines dominari.*

Vocis primo omissae et deinde in non suum locum relatae ejusmodi exempla afferam, quae mihi extra omnem

dubitationem posita videntur. Phileb. 26. B. ὕβριν γάρ που καὶ ξύμπασαν πάντων πονηρίαν αὕτη κατιδοῦσα ἡ θεός.... .... πέρας οὐδὲν οὔθ' ἡδονῶν οὔτε πλησμονῶν ἐνὸν ἐν αὐτοῖς, νόμον καὶ τάξιν πέρας ἔχοντ' ἔθετο. Hic ἔχοντα quum post primum πέρας excidisset post alterum restitutum est. Phaedr. 259. C. ἐξ ὧν τὸ τεττίγων γένος μετ' ἐκεῖνο φύεται, γέρας τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβόν, μηδὲν τροφῆς δεῖσθαι γενόμενον, ἀλλ' ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον εὐθὺς ᾄδειν ἕως ἂν τελευτήσῃ. Aliquanto largior fuerat Musarum in cicadas munificentia, ut non modo in initio vitae sed per omne tempus cibi et potus indigentia soluti essent. L. ἀλλ' ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον ὃν εὐθὺς γενόμενον ᾄδειν. Eadem mali causa atque idem remedium paullo infra reperietur, ubi legendum: ἆρ' οὖν οὐ κρεῖττον γελοῖόν τε καὶ φίλον ἢ δεινόν τε καὶ ἐχθρὸν εἶναι; Ex eodem fonte profluxit error qui sententiam in Philebo. 41 ex admodum simplici mire confusam reddidit. τοῦτο δὲ τὸ δόγμα ἑὼς ἂν κέηται παρ' ἡμῖν, ἀδύνατον ἀνελεγκτὸν δήπου γίγνεσθαι. Πρω.: Καλῶς. Etiamsi caetera sana essent minime huc conveniret Protarchi responsum, quum in praegressis nihil sit quod vel probari vel improbari possit. Socrates enim nec suadere quidquam nec concludere conatur, verum ea dicit, quibus qui assentitur nihil amplius respondere possit, quam ἀδύνατον μέντοι, vel Ὀρθῶς, vel si qua sunt similia. Quid multa? retracto ad antecedentia uno vocabulo legendum: τοῦτο δὲ τὸ δόγμα ἑὼς ἂν κέηται παρ' ἡμῖν ἀνελεγκτὸν, ἀδύνατον δήπου γίγνεσθαι καλῶς. προσιστώμεθα δή κ. τ. ἑ. Idem in Convivio 197. C. obtinuit, ubi Clarkianus habet, κοίτην ὕπνον τενικηδῆ — Coislinianus, κοίτην ὕπνον τε κυδυμῆ. Coisliniani lectionem sic explico. Superfuisse credo in vetusto aliquo exemplari signum quo indicaretur literas seu vocem transponendam esse. Quod quum scriba ani-

madverteret, ad syllabam NI pertinere ratus, pro τενι κηδη dedit τε κηδηνι; hoc autem ut fit in literis sensu carentibus facillime in κυδυμη abire potuit. Dindorfii νηκηδῆ mera est serioris ideoque paullo doctioris scribae hariolatio. Legendum ὕπνον τ' ἐνὶ (κοίτῃ ἀ)κηδῆ.

In Legg. I. 643. D. Institutio illa laudatur ἡ τοῦ παίζοντος τὴν ψυχὴν εἰς ἔρωτα ὅτι μάλιστα ἄξει τούτου, ὃ δεήσει γενόμενον ἄνδρ' αὐτὸν τέλειον εἶναι τῆς τοῦ πράγματος ἀρετῆς. Postrema, quae turbata sunt, sic in ordinem facile restitui possunt: τῆς τούτου τοῦ πράγματος ἀρετῆς, ὃ δεήσει γενόμενον ἄνδρ' αὐτὸν τέλειον εἶναι. Τέλειον eodem sensu hic posuit, quo alibi ἄκρον.

In 276. D. frustra ὃ a sequioribus Codicibus et ab Editoribus plerisque insertum est; nam vel sic hians sententia lacunam nondum impletam prodit. Jamdiu haec hunc ad modum lego: Πρῶτον μὲν (ἔδει, καθάπερ νυνδὴ) ἐλέγομεν, (sc. in 275. E.) τοὔνομα μετασκευωρήσασθαι κ. τ. ἑ. 277. B. Male vulgo legitur τῶν ἔργων. L. τῷ ἔργῳ. Quod mox sequitur θαυμαστὸν ὄγκον ἀράμενοι τοῦ μύθου locum mihi in mentem revocat qui est in Legum 1mo 642. A. παμμηκῆ λόγον ἀναλαθαιρόμενος, in qua voce explicanda plures operam perdere video. Quid si ἀνεκὰς αἰρόμενος conjiciamus? 278. C. L. συναχθὲν παρ' ἑκατέρου πρὸς συνάμφω. 282. C. μετῇμεν non μετίωμεν scribendum. Quid faciendum sit jam docuit; hic quid jam factum sit commemorat. 284. A. ἅπασαι γὰρ αἱ τοιαῦταί που τὸ τοῦ μετρίου πλέον καὶ ἔλαττον, οὐχ ὡς οὐκ ὂν ἀλλ' ὡς ὄν, χαλεπῶς περὶ τὰς πράξεις παραφυλάττουσιν. Sic legendum, non ut in libris ἀλλ' ὡς ὂν χαλεπόν. Παραφυλάττειν est *observare:* sive id *corrigendi* causa fit, ut in Legg. I. 632. A. sive *vitandi,* quod solum in ea cadit quae justo majora vel minora in arte quapiam videntur. Sin χαλε-

πὸν retineatur, quoniam per se positum nihil praeter χαλεπὸν κτᾶσθαι significat, non modum esse difficilem diceret, sed quodcunque modum aut non attingeret aut superaret. Sed haec nimis alta erat doctrina quam ut Platoni innotescere potuerit; nostri illud saeculi inventum est, antiquam illam temperantiam tanquam rem tritam et facilem spernentis, et nescio qua Aesthetica aliave Hyperborea Musa adjuvante omnes fines et omnia veterum magistrorum praecepta transcendentis. 284. D. In loco paene conclamato ne de singulis disputans longus sim, totam sententiam ea forma proferam, quae mihi proxime ad veritatem accedere videtur: Ὡς, πολὺ μὲν μακροτέρου λόγου ποτε δεήσει τοῦ νῦν λεχθέντος πρὸς τὴν ἐπὶ αὐτὸ τἀκριβὲς ἀπόδειξιν. Ὅτι δὲ πρὸς τὰ νῦν καλῶς καὶ ἱκανῶς δείκνυται, δοκεῖ μοι βοηθεῖν μεγαλοπρεπῶς ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος ὡς ἄρα ἠγητέον ὁμοίως εἶναι μεῖζόν τι ἅμα καὶ ἔλαττον, καὶ μετρεῖσθαι μὴ πρὸς ἄλληλα μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τοῦ μέτριου γένεσιν. Τούτου τε γὰρ ὄντος ἐκεῖνα ἔσται, κἀκείνων ὄντων ἔσται καὶ τοῦτο· μὴ δ' ὄντος ποτέρου τούτων οὐδὲ θάτερον αὐτῶν ἔσται ποτέ. Primum lacunae indicium est quod λόγου subaudiri nequit; quod si hoc tantum inseras sententia manet inepta: quomodo enim idem sermo et ad praesentem disputationem sufficere potest, et ad accuratiorem adhiberi? Rem scilicet probandam adhibitis aliis rationibus accuratius olim tractare poterit, sed ex hoc ipso, quo nunc utitur, argumento nihil novi effecturus est. Deinde βοηθεῖν ὅτι idem est quod βοηθῶν φάναι ὅτι. Quae autem pro ὅτι propositae sunt mutationes et per se inutiles sunt, et non δείκνυται sed δέδεικται requirerent. Quod περὶ in ἐπὶ mutavi, ideo feci quod ex his praepositionibus, quae facillime confunduntur, ea desiderabatur quae idem quod Latine *usque ad* sonaret, quo

sensu ἐπ' ἄκρον et similia saepius dixit Plato. Καὶ ante μεῖζον, quod unus nullius auctoritatis codex exhibet, removi, sed eandem vocem ante μετρεῖσθαι supplevi. Praeterea eo usque audaciae progressus sum ut τὰς τέχνας πάσας expulerim. Sed defensio in promptu est; nam τοῦτο et ἐκεῖνα tam manifesto, illud ad τὸ μέτριον, hoc ad μεῖζόν τι ἅμα καὶ ἔλαττον referenda sunt, ut haec sola inter se opponi appareat, neque tertium quidquam nisi violatis dialecticae legibus huc intrudi posse. Quanquam aliter sentiebat qui ὄντων in οὐσῶν depravavit, parum ille sollicitus quod hac ratione, quum duas notiones sibi invicem necessarias esse dicendum esset, alteram harum in media comparatione subito ventis traderet, cujus in locum alia prorsus diversa involaret. Neque sane peritiorem grammaticae quam dialecticae hominem hic locus expertus est, qui ἔσται in ἐστι bis corrupit, parum ille sibi constans quod tertium ἔσται intactum reliquit. 285. B. μὴ δυνατὸν εἶναι δυσωπούμενον παύεσθαι. Imo, δυνατὸν εἶναι μὴ — sed melius est δυνατὸν εἶναι circumscribere utpote ab aliquo, suppletum, qui non videbat δυσωπούμενον praecedentem accusativum τὰς παντοδάπας ἀνομοιότητας regere. Ibid. E. locum male habitum sic mihi satis commode refinxisse videor. τοῖς μὲν τῶν ὄντων ῥᾳδίοις καταμαθεῖν αἰσθηταί τινες ὁμοιότητες πεφύκασιν, αἷς οὐδὲν χαλεπὸν *ὅ τι ἂν* αὐτῶν τις βουληθῇ τῷ λόγον αἰτοῦντι περί του μὴ μετὰ πραγμάτων ἀλλὰ χωρὶς λόγου ῥᾳδίως ἐνδείξασθαι. Ἐνδείκνυσθαι, quod est *specimen dare* (cf. Euthyd. 278. D.) huc optime convenit; δηλοῦν contra nec per se verum est, et sententiam onerat et impedit. 287. D. ἄνευ γὰρ τούτων (sc. τῶν δημιουργικῶν τεχνῶν) οὐκ ἄν ποτε γένοιτο πόλις οὐδὲ πολιτική, τούτων δ' αὖ βασιλικῆς ἔργον τέχνης οὐδέν που θήσομεν. Legendum τού-

των δ' ἄνευ. 297. C. Πῶς τί τοῦτ' εἴρηκας; οὐδὲ γὰρ ἄρτι δῆθεν κατέμαθον τὸ περὶ τῶν μιμημάτων. Legendum πῶς; et ῥηθέν. 299. B. Pro Καὶ τοίνυν luce clarius est καὶ τοιόνδε requiri. Pol. 301. B. οὐκοῦν κἄν τις ἆρα ἐπιστήμων ὄντως ὢν εἷς ἄρχῃ, πάντως τό γ' ὄνομα ταὐτὸν βασιλεὺς καὶ οὐδὲν ἕτερον προσρηθήσεται. δι' ἃ δὴ τὰ πέντε ὀνόματα τῶν νῦν λεγομένων πολιτειῶν ἓν μόνον γέγονεν. Ad haec Stallbaumius: „Ubi unus ille sapiens imperium teneat, ibi quinque illarum civitatum nomina tolli existimat, propterea, nisi fallor, quod constituta ea civitate quae optuma est, omnia illa deteriorum rerum publicarum discrimina protenus evanescunt atque tolluntur." Haec posui ut ostenderem qualia ad commenta confugiendum sit illi qui omnia interpretari volet. Quid enim hae argutiae viri de Platone atque ejus lectoribus optime meriti ad verba illa explicanda faciunt?

Fac enim verissimum esse, quod tum concedam quum intelligam, optima reperta forma deteriorum discrimina evanescere, nihil hujusmodi haec verba praeferunt. Quippe aliud est, ut opinor, quinque res unam fieri dicere, et a quinque rebus quatuor sublatis unam superesse. Quod si regium illud genus et nomen caetera omnia absorbere credit, cur hucusque tam laboriose singulorum naturam exsecutus est? Rei autem incredibili causam etiam magis incredibilem praeposuit. *Quia* rex scientia praeditus eodem nomine vocatur quo ille qui ex opinione et ad praescriptam normam civitatem gubernat, *idcirco* quinque nomina unum facta sunt. Nihil attinet quaerere utrum δι' ἃ pro δι' ὃ recte dicatur; apparet enim nullam hic causam commemorari potuisse. Nunc ad praecedentia respiciamus: quinque civitatum nomina supra (291. D. E.) attulerat, nempe τυραννίδα, βα-

σιλικήν, ἀριστοκρατίαν, ὀλιγαρχίαν, δημοκρατίαν. Horum unumquodque sed inverso ordine ad judicium vocat. (300 E. — 301. C.) Jam in nostro loco ad quartum pervenit, nempe ad βασιλικὴν πολιτείαν. In hoc genere perinde atque in superioribus duplicem speciem contineri ostendit, quae non ut in paucorum imperio diverse nominarentur, sed, ut in populari, ambae una appellatione includerentur. Quid igitur restare videbatur unde quinti nominis naturam explicaret? Restabat quidem aliquid, ut mox videbimus. Nam alia est ratio ad quam duas priores civitates, atque illa ad quam tertiam, in duo genera dispertit, atque haec postrema triplicem divisionem admittebat. Verum tamen hoc discrimen in ipsa regii imperii natura inerat, neque se nisi attente intuentibus offerebat. Ad quae quum auditorem advertere vellet Eleaticus ille, omnem disputandi materiam absumptam videri dicit, neque quidquam superesse quod ad quintum illud genus pertineat. Δ' (τέτταρα) δὴ τὰ πέντε ὀνόματα τῶν λεγομένων πολιτειῶν μόνον γέγονεν. Caeterum egregie hanc correctionem confirmat quae mox post tyrannum inventum adjiciuntur, οὕτω δὴ τύραννός τε γέγονε, φαμέν, καὶ βασιλεὺς κ. τ. ἑ. Quae autem hic recte leguntur Οὐκοῦν κἄν τις — εἷς ἄρχῃ, et similis infra locus, πράττῃ τις εἷς ἄρχων, tertii loci corrigendi viam indicant; sc. 301. A. ubi legitur, καὶ μὴν ὁπόταν αὖθις εἷς ἄρχῃ. Tanquam αὖθις eodem sensu quo αὖ usurpari posset! Quis non concedet Platonem scripsisse, καὶ μὴν ὁπόταν αὖ τις εἷς ἄρχῃ. 301. E. Legendum, τοιαύτης τῆς κρηπῖδος ὑποκειμένης αὐταῖς, τῆς κατὰ γράμματα — πραττούσης, ᾗ πρᾶξις ἑτέρα προσχρωμένη .... πάντ' ἂν διολέσειε τἀπ' αὐτῇ γιγνόμενα. Πράττειν sine casu supra in C habetur; τὰ ἐπ' αὐτῇ sunt, *ea quae ab illa pendent.* Hermanni conjectura οἷς post πράξεις supplentis vel eo

nomine improbanda est, quod ἑτέρα per se positum nihil aliud significare potest quam ἑτέρα πολίτεια; quod argumentum penitus labefactat. Etenim hoc vult dicere: nonnullas civitates quae omnia caece ad antiquam regulam exacta administrari velint, id consilium in rebus publicis sequi, quod in quavis *alia* re omnia penitus everteret. 302. B. οὐ μὴν ἀλλ' εἴς γε τὸ ὅλον ἴσως πάνθ' ἕνεκα τοῦ τοιούτου πάντες δρῶμεν χάριν. Non opus erit verbis ut ostendam cur haec in sequentia mutaverim: οὐ μὴν ἀλλ' εἴς γε τὸ ὅλον ἴσως πάντ' ἐκεῖν' αὐτοῦ τούτου πάντες δρῶμεν χάριν. Ibid. 304. D. Τὸ δ' εἴτε διὰ πειθοῦς εἴτε καὶ διά τινος βίας δεῖ πράττειν πρός τινας ὁτιοῦν ἢ καὶ τὸ παράπαν ἔχειν, τοῦτ' αὖ ποίᾳ προσθήσομεν ἐπιστήμῃ; Non est felicioribus C. F. Hermanni, viri praestantissimi, conjecturis adnumerandum quod hic ἡσυχίαν ante ἔχειν inseruit; si enim aliquid hujusmodi dicere voluisset auctor, non τὸ παράπαν sed παντάπασιν posuisset. Satis apparet ex responsione quid in locum τοῦ ἔχειν substituendum sit: Τῇ τῆς πειστικῆς ἀρχούσῃ καὶ λεκτικῆς. Sciunt palaeographiae periti quam facile ἔχειν et λέγειν confundantur. Haec habui, viri doctissimi, quae in caeteris Platonis scriptis a me animadversa vobiscum communicarem; multa supererant quae tanquam nimis exigua praetermisi, vel quae severam ἐπίκρισιν poscebant, antequam in lucem ederentur. Nunc restat ut nonnulla quae in Euthydemo et Lachete correxi recenseam, si qua forte ejusmodi sunt, ut ad alias emendationes faciendas viam muniant. Memorabilis est illa inter Κλεινίᾳ et ἐκεῖνα confusio, nam de codicibus qui utrumque exhibent recte judicavit Hermannus, eorum scribas dittographiam caece secutos esse. Nusquam magis quam in nominibus propriis cautum esse lectorem oportet, si sibi a librariis

nolit imponi, qui nomina propria cum inter se, tum cum iis quae communia vocantur, confundunt. Hujusmodi error in causa fuit cur usque ad hunc diem de antiquissimo ritu bis terve ab auctoribus Graecis commemorato vix quidquam praeter nomen cognitum esset. Τὰ θεοφάνια dico, non illa quae Patres Ecclesiae, nomen a Paganis mutuati, celebrare amant, sed illa quorum mentio apud Herodotum (1. 51.) et Pollucem (I. 34.) invenitur. Nunc vobis locum Plutarchi ante oculos ponam quemadmodum hodie legitur. Def. Orac. XX. Ῥηθέντων δὲ τούτων ὁ Ἀμμώνιος, Ὀρθῶς, ἔφη, μοι δοκεῖ Θεόφραστος ἀποφήνασθαι· τί γὰρ κωλύει φωνὴν δέξασθαι σεμνὴν καὶ φιλοσοφωτάτην; καὶ γὰρ ἀθετουμένη πολλὰ τῶν ἐνδεχομένων ἀποδειχθῆναι δὲ μὴ δυναμένων ἀναιρεῖ, καὶ τιθεμένη πολλὰ συνεφέλκεται τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀνυπάρκτων. Nullae fuerunt Theophrasti in superiore disputatione partes; recentiores disciplinae, ut par est, in hujusmodi quaestione versantur. Et ubi potest esse illa *vox augusta et philosophia dignissima* nisi in ipso nomine Θεόφραστος delitescit? Quod si ὀρθῶς μοι δοκεῖς τὰ Θεοφάνια ἀποφήνασθαι scribamus, non modo reliqua clara sunt, sed apparet statim quam partem eorum quae ante dicta sunt innuat, nempe ea quae in Cap. XIV Cleombrotus de sacris narrat, quae ab omnibus Graecis τοῖς ἔξω τῶν Πυλῶν Delphis ad Tempe Via Dolonea profectis celebrabantur. Alterum bis tantum memoratum nomen proprium misere habitum est in Scholio Taurinensi ad Eur. Phoen. 834. Πείσανδρος ἱστορεῖ ὅτι ζάνξῃ Τειρεσίας ἐποίησε παῖδας δ', φαινένφερ σεκέρδην Χλῶριν, Μαντώ — Hoc ope Herodiani π. μ. λ. (p. 8. Dind.) corrigendum, Φαμενόν, Φερσεκέρδην. — Ad 302. E. ἐπιγνοίης in ἐπεὶ γνοίης mutavi. Nisi sapientiam ante possessam et deinde amissam denuo adeptus est Socrates, non pot-

est eam ἐπιγιγνώσκειν. Ἐπεὶ interrogationi praemissum injuria Piersono suspectum fuit ad Herc. Fur. ἐπεὶ τί καινὸν ὑπογράφει τῳμῷ βίῳ; subjicio responsionem ut mendo liberem: εἰ μηκέθ' Ἅιδου βάκχος εἶ, φράσαιμεν ἄν. Rhesus. 204. Ἐπεὶ τίν' ἄλλην ἀντὶ τῆσδ' ἕξεις στολήν; Choeph. 214. ἐπεὶ τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ; Annotatio illa quam in 281. D. intrusam expuli quum insignissimum exemplum scribarum incuriae praebeat, fortasse nonnullos insanam illam librorum reverentiam dedocebit, quae etiamnum his studiis mirum quantum officit. Quod si quis Euthydemum attente legat totum illud genus scribarum penitus cognoscet; et praesertim socordiam hominum cum nescio qua prava sedulitate conjunctam mirabitur: qui scholium de pancratia in textum intulerunt, sed ita ut καὶ praefixo continuae orationi scilicet consulerent; qui sui similes secuti, falsam istorum interpretationem ταῦτα et ἐκεῖνα inter se permutantium verbis Platonis immiscuerunt, et ne quid ad sensum penitus turbandum deesset ἐκεῖνα in Κλεινίαν converterunt; qui quum in orationis serie corruptam lectionem in margine correctam invenissent viva verba cum mortuis colligantes ὑγιεινὸν εἰπεῖν οἷον (ut in Charmide ἣν λέγω ἦν δ' ἐγώ; in Soph. δέ γε λέγε, et ὅλῳ λόγῳ, in Phaedr. ὥς τέ γε) conjuncta lectori obtulerunt. Idem est genus cui ἃ λέγουσιν debemus quia inter ἂν et ἄν distinguere non poterant; a quo ἐγέλασεν in ἔλεγεν ἐν, hoc autem in ἐσίγησεν mutatum est. Haec non longius persequar, quid enim attinet ἐν εἰδόσι μακρηγορεῖν, sed juventuti studiosae auctor sum, (in quo satis scio vos mecum sensuros) ut haec quam diligentissime persequantur. Qui hoc faciet inter alia ejus sedulitatis indicia, illud quoque animadvertet, quam persaepe terminationes nominum et ver-

borum ad ea quae proxima sunt ita accommodent ut universam sententiam pessumdent. Sic cum τὼ ἄνδρε ad sequentia pertinere crederent, plurali in dualem converso viros ipsos sibi plaudentes et sui admiratione prope ad deliquium animi elatos effecerunt. Atque hujus quidem erroris quum multa exempla afferri possent, ne Latina specimina in hac mea epistola prorsus desiderentur, unum ex Cicerone afferam ut prope conclamatum locum levissima mutatione restituam. Legitur in Oratione pro Murena VIII. 17. „Quanquam ego jam putabam, judices, multis viris fortibus ne ignobilitas objiceretur generis, meo labore esse perfectum: qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis fortissimis viris, novis hominibus, sed his recentibus Mariis et Didiis et Caeliis commemorandis *jacebant*." Certissima est correctio *id agebam*. Similitudo literarum D et A fecit ut prior omitteretur; tum G pro C legerunt. Sed quid de ultima syllaba dicamus? Nimirum meram esse scribarum conjecturam, qui pronomen „qui" ad „viris fortibus" non ad „ego" referebant. Cujus rei luculentissimum testimonium afferre possum; nam Codex ille qui olim „de S^to^ Victore" dicebatur diserte habet *jacebam*. Ex eadem familia sunt qui in Livio, L. XXI. Cap. 4. verbis illis quibus Hannibalis indoles depingitur unicam quam habent laudem, hoc est concinnitatis, ereptum eunt. „Nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, *nullum jus jurandum*, nulla religio." Videor mihi scribam ante oculos habere qui quum inter scribendum geminari *nihil* animadvertisset idem de *nullus* futurum putavit, idque non consulto libro posuit; tum in *jurisjurandi* incidit quo viso statim *nullus* in *nullum*, jurisjurandi in jusjurandum convertit. Hoc est inter scribendum conjecturas facere. Rejectis autem istius in-

eptiis, spectate quam bene librata sint illa de magno Poeno mendacia. „Nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, juris jurandi nulla religio.“ cf. Liv. Lib. XXVI.

Haec habui, Viri doctissimi, quae vobis in gratiis agendis offerrem: tenuia sane et incondito sermone peracta. Sed non nimis severi eritis in ludi magistro hoc est, in homine omnium occupatissimo. Memineritis me quam longissime a Musis in Chalybum terram relegatum vivere, ubi nulla bibliotheca sit et nullum cum doctis nisi per literas commercium. Sed quodcumque fuerit vestrum hac de opella judicium scribendi causam certo scio neminem esse improbaturum. Nihil enim praeter aequum bonumque facio quum vobis, Viri Doctissimi, quam maximas gratias ago, et Academiae in quam adoptatus sum, omnia fausta a Deo O. M. concedi precor. Jamque in eo sum ut huic scripto finem imponam, cum me repente religione quadam retineri sentio, quae me admonet nefas fore si hac occasione oblata illum unum ex vobis silentio praeteriero quem tot per annos amicum habui suavissimum. Ne tamen credas, mi Cobete, me nunc de singulari quae nos conjunxit caritate verba facturum. Sacra est res amicitia neque in aliorum conspectum temere protrahenda. Neque vero quantum tibi in his literis debeam narrando multis laudibus fastidium tuum movebo. Sed inter multa quae tibi accepta refero beneficia, unum est cujus mentionem a me fieri ne tu quidem aegre feres. Nam tua commendatione illos nactus sum amicos, quorum singulare judicium et admirabilis doctrina non magis studiis meis, quam excelsa virtus et integerrimi mores vitae meae profuerunt. Eos dico, qui in literis colendis nec maledicunt cuiquam nec adulantur; qui ab honoribus aucupandis et a quae-

stu faciendo alienissimi, quo veritatis et bonarum artium amor ducit simplicem et tranquillum vitae tenorem persequuntur. Nusquam plures ex illo genere viros quam Lugduni Batavorum extitisse credo. Scis probe quos dicam, et cur eorum nomina taceam. Atque utinam eadem causa obstaret, ne duos viros, Academiae vestrae quondam lumina, mihi semper carissimos futuros, Bakium et Geelium nominarem. Quos non hic memoravi, ut laudibus ornarem, (quid enim tanti viri meo praeconio indigent?) sed ne forte hoc tempore eorum oblivisci viderer, qui me ante viginti annos benignissime exceptum et sui et studiorum suorum incredibili amore impleverunt. Hi te penitus cognitum habebant, mi Cobete, et idcirco diligebant; sed video non paucos esse, qui quum te ipsum nunquam viderint, nescio quam αὐτοχοβήτου speciem mente conceptam, atque inde juxta Heinianum illum camelum productam, atque ante oculos positam, contemplentur. Atque hoc suum simulacrum iis praecipue vitiis abundare praedicant, quae in te ipso ita callide celata sunt, ut nulli eorum, qui tecum familiariter vivunt, adhuc innotuerint. Quid malum nos tuos amicos supercilium istud et superbiam et doctrinae ostentationem tamdiu celasti, ut Germanorum acumen et sagacitas iterum de nobis triumpharent? Nam ex illo populo sunt qui adeo mirabilia de te narrant, ut te tuamque indolem per tot annos mihi notam non amplius agnoscam. Sed, ut serio loquar, ne ipsos quidem Germanos agnosco, in qua gente multi sunt quorum non modo ingenium et doctrinam admiror, verum etiam comitatem et benevolentiam expertus sum. Neque vero infitior paucos interdum mihi obvenisse eo animo atque iis moribus, ut contrarium ejus quod olim de Atheniensibus ferebatur judicium ve-

rum esse suspicer, ὅτι ὅσοι τῶν Γερμάνων πονηροί εἰσι διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι. Quod si qui ab istis hominibus decepti aliter de te senserunt atque etiam scripserunt, quam te atque adeo ipsis dignum erat, nunc me teste discant neminem unquam mihi visum esse in senes verecundiorem, erga aemulos atque imitatores modestiorem, denique in omnes praeter mendaces et arrogantes mitiorem. Quod nisi ita fuisset, nae ego non sum ille qui inter maximas vitae meae felicitates ponerem quod te amicum nactus essem; nec vobis, Viri doctissimi, etiam atque etiam gratularer quod talem collegam habeatis.

Valete.

ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ
ΚΡΙΤΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ, ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ, ΚΛΕΙΝΙΑΣ, ΚΤΗΣΙΠΠΟΣ.

St. I.

I. Τίς ἦν, ὦ Σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν Λυκείῳ διελέγου; ἢ πολὺς ὑμᾶς ὄχλος περιεστήκει, ὥστ' ἔγωγε βουλόμενος ἀκούειν προσελθὼν οὐδὲν οἷός τ' ἦν ἀκοῦσαι σαφές· ὑπερκύψας μέντοι κατεῖδον, καί μοι ἔδοξεν εἶναι ξένος τις, ᾧ διελέγου. τίς ἦν; p. 271

ΣΩ. Πότερον καὶ ἐρωτᾷς, ὦ Κρίτων; οὐ γὰρ εἷς, ἀλλὰ δύο ἦστην.

ΚΡ. Ὃν μὲν ἐγὼ λέγω, ἐκ δεξιᾶς τρίτος ἀπὸ σοῦ καθῆστο· ἐν μέσῳ δ' ὑμῶν τὸ Ἀξιόχου μειράκιον ἦν. καὶ μάλα πολύ, ὦ Σώκρατες, ἐπιδεδωκέναι μοι ἔδοξε, καὶ τοῦ ἡμετέρου οὐ πολύ τι τὴν ἡλικίαν διαφέρειν Κριτοβούλου. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν σκληφρός, οὗτος δὲ προφερὴς καὶ καλὸς κἀγαθὸς τὴν ὄψιν. B

ΣΩ. Εὐθύδημος οὑτός ἐστιν, ὦ Κρίτων, ὃν ἐρωτᾷς· ὁ δὲ παρ' ἐμὲ καθήμενος ἐξ ἀριστερᾶς ἀδελφὸς τούτου, Διονυσόδωρος· μετεῖχε δὲ καὶ οὗτος τῶν λόγων.

ΚΡ. Οὐδέτερον γιγνώσκω, ὦ Σώκρατες. καινοί τινες αὖ οὗτοι, ὡς ἔοικε, σοφισταί· ποδαποί; καὶ τίς ἡ σοφία; C

ΣΩ. Οὗτοι τὸ μὲν γένος, ὡς ἐγᾦμαι, ἐντεῦθέν ποθέν εἰσιν ἐκ Χίου, ἀπῴκησαν δ' ἐς Θουρίους, φεύγοντες δ' ἐκεῖθεν

A. 5. Vulgo ὁπότερον. Fortasse praestaret Λέγ' ὁπότερον.

πόλλ' ἤδη ἔτη περὶ τούσδε τοὺς τόπους διατρίβουσιν· ὃ δὲ σὺ ἐρωτᾷς τὴν σοφίαν αὐτοῖν, ὦ θαυμάσιε Κρίτων, πασσόφω ἀτεχνῶς τῷ ἄνδρε· οὐδ' ἤδη πρὸ τοῦ, ὅ τι εἶεν οἱ παγκρατιασταί. τούτω γάρ ἐστον κομιδῇ παμμάχω, οὐ κατὰ τὼ Ἀκαρ-
D νᾶνε τὼ παγκρατιαστὰ ἀδελφώ· ἐκείνω μὲν γὰρ τῷ σώματι μόνον οἷώ τε μάχεσθαι ἐγενέσθην· τούτω δὲ πρῶτον μὲν τῷ σώματι δεινοτάτω ἐστόν· [καὶ μάχῃ, ἧ πάντων ἔστι κρατεῖν] ἐν
272 ὅπλοις γὰρ αὐτώ τε σοφὼ πάνυ μάχεσθαι καὶ ἄλλον, ὃς ἂν διδῷ μισθόν, οἷω τε ποιῆσαι· ἔπειτα τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μάχην κρατίστω καὶ ἀγωνίσασθαι καὶ ἄλλον διδάξαι λέγειν τε καὶ συγγράφεσθαι λόγους οἵους εἰς τὰ δικαστήρια. πρὸ τοῦ μὲν οὖν ταῦτα δεινὼ ἦστην μόνον, νῦν δὲ τέλος ἐπιτεθείκατον παγκρατιαστικῇ τέχνῃ. ἧ γὰρ ἦν λοιπὴ αὐτοῖν μάχη ἀργός, ταύτην νῦν ἐξείργασθον, ὥστε μηδ' ἂν ἕνα αὐτοῖς οἷόν τ' εἶναι μηδ' ἀντᾶραι· οὕτω δεινὼ γεγόνατον ἐν τοῖς λόγοις μάχεσθαί τε καὶ ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον, ὁμοίως ἐάν τε ψεῦδος ἐάν τ' ἀλη-
B θὲς ᾖ. ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Κρίτων, ἐν νῷ ἔχω τοῖν ἀνδροῖν παραδοῦναι ἐμαυτόν· καὶ γάρ φατον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ποιῆσαι ἂν καὶ ἄλλον ὁντινοῦν τὰ αὐτὰ ταῦτα δεινόν.

ΚΡ. Τί δ', ὦ Σώκρατες; οὐ φοβεῖ τὴν ἡλικίαν, μὴ ἤδη πρεσβύτερος ᾖς;

ΣΩ. Ἥκιστά γ', ὦ Κρίτων· ἱκανὸν τεκμήριον ἔχω καὶ παραμύθιον τοῦ μὴ φοβεῖσθαι. αὐτὼ γὰρ τούτω, ὡς ἔπος εἰπεῖν, γέροντε ὄντε ἠρξάσθην ταύτης τῆς σοφίας, ἧς ἔγωγ' ἐπιθυμῶ, τῆς ἐριστικῆς· πέρυσι δ' ἦ προπέρυσιν οὐδέπω ἦστην
C σοφώ. ἀλλ' ἐγὼ ἓν μόνον φοβοῦμαι, μὴ αὖ ὄνειδος τοῖν ξένοιν περιάψω, ὥσπερ Κόννῳ τῷ Μητροβίου, [τῷ καθαριστῇ], ὃς ἐμὲ διδάσκει ἔτι καὶ νῦν καθαρίζειν· ὁρῶντες οὖν οἱ παῖδες οἱ συμφοιτηταὶ [μου] ἐμοῦ τε καταγελῶσι καὶ τὸν Κόννον καλοῦσι

C. 5. Bodl. θαυμάσι' ὦ Κ. π. ἀ. τώ γε.

D. 3. Glossema τῆς παγκρατίας uncis inclusi.

C. 2 et 4. Supplementa uncis inclusi.

γεροντοδιδάσκαλον. μὴ οὖν καὶ τοῖν ξένοιν τις ταὐτὸν τοῦτ' ὀνειδίσῃ· οἱ δ' αὐτὸ τοῦτ' ἴσως φοβούμενοι τάχα μ' οὐκ ἂν ἐθέλοιεν προσδέξασθαι. ἐγὼ δ', ὦ Κρίτων, ἐκεῖσε μὲν ἄλλους πέπεικα συμμαθητάς μοι φοιτᾷν πρεσβύτας, ἐνταῦθα δέ γ' ἑτέ- D ρους πειράσομαι πείθειν, καὶ σὺ τί οὐ συμφοιτᾷς· ἴσως δὲ δέλεαρ αὐτοῖς ἄξομεν τοὺς σοὺς υἱεῖς· ἐφιέμενοι γὰρ ἐκείνων οἶδ' ὅτι καὶ ἡμᾶς παιδεύσουσιν.

ΚΡ. Ἀλλ' οὐδὲν κωλύει, ὦ Σώκρατες, ἐάν γε σοὶ δοκῇ. πρῶτον δέ μοι διήγησαι τὴν σοφίαν τοῖν ἀνδροῖν, τίς ἐστιν, ἵν' εἰδῶ, ὅ τι καὶ μαθησόμεθα.

Ibid. D. Verba ita transposui ut σμικρὰ statim ante κατακόψαντα ponerentur. Graeci, ut monet Dindorfius (Praef. ad Aeschylum p. LXXXII) *saepe adjectivis utuntur effectum verbi adjuncti significantibus.* Nota sunt ὑψηλὸν αἴρειν, βραχὺν ὤκλασε, μέγας αὐξηθείς et similia. Sic recte explicat Dindorfius Aesch. Pers. 298, ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών, et Agam. 1247, εὔφημον, ὦ τάλαινα, κοίμησον στόμα. Neque aliter intelligi potest locus in Platonis Politico 271. A. τῶν δ' αὖ βιαίως τελευτώντων ἐν τῷ τότε χρόνῳ τὸ [τοῦ νεκροῦ] σῶμα ταὐτὰ ταῦτα πάσχον παθήματα διὰ τάχους ἄδηλον ἐν ὀλίγαις ἡμέραις διεφθείρετο. Qui hanc consuetudinem non animadvertebat pessime locum in Rep. 528. D corrupit: ὅμως πρὸς ἅπαντα ταῦτα βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν αὐτὰ φανῆναι. Καὶ μὲν δή, ἔφη, τό γ' ἐπίχαρι καὶ διαφερόντως ἔχει. L. ἐπιχάριτα αὐξάνεται, et τοιαῦτα φανῆναι. Sic quoque explicanda sunt illa in Phaedro 234. E. ὅτι σαφῆ καὶ στρογγύλα ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται — sic enim, omisso καὶ, legendum, ut ἀκριβῶς ad praecedentia adjectiva referatur, sicut in Pol. 301. D. ὀρθὴν ἀκριβῶς μόνον πολιτείαν, quod alio loco, 293. C. sic expressit: ταύτην διαφερόντως ὀρθὴν εἶναι καὶ μόνην πολιτείαν. Usus, quem supra indicavi, exemplum praebet Caesar B. G. IV. 3, fin. *multo humiliores infirmioresque redegerunt.*

302. D. Ἀθηναία. vid. quae Cobetus de hoc nomine scripsit in Mnemosyna.

Ibid. E. Hinc corrigendus locus in Soph. El. 142. ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία κακῶν. L. ἀνάδυσις.

303. B. Incredibile est neminem adhuc ad vulgatam lectionem offendisse, quae ipsos sophistas sibi plaudentes induceret, idque adeo vehementer ut paene deficerent. Unum superest verae lectionis vestigium quod in Clarkiano καὶ γελῶντε scriptum est. Ceterum παρετάθησαν eodem sensu ponitur quo apud Thuc. III. 46. πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον — et Xen. Mem. III. XV. 6. παρετάθη μακρὰν ὁδὸν πορευθείς.

303. D. Pro ἀγνοοῦσιν μισοῦσιν malebat Naber.

304. D. Necessariam particulam μὲν omisit Hermannus quia scilicet in Clarkiano deerat. Eadem de causa in 305. A. πάνυ, quo aegre caremus, exulare jussit, et in 301. C. οἶσθα pro οἶδα recepit. Sed multi in illo libro omissa

aut depravata sunt quae Coislinianus nobis servavit, ut appareat hujus codicis auctoritatem minime spernendam esse. Quod si quis existimat supplementa illa librarii ingenio deberi, unum locum afferam unde de istius hominis ingenio judicium facere possimus. Legitur hodie in Politico 277. D. Καὶ μάλ' ἀτόπως ἔοικα γ' ἐν τῷ παρόντι κινήσας τὸ περὶ τῆς ἐπιστήμης πάθος ἐν ἡμῖν. Ea sic exhibet: Καὶ μάλ' ἀτόπως ἐοίκαμεν πῶς ἕκαστον ἐν ταῖς τὸ ἑξῆς βραχυτάταις γε κινῆσαι κ. τ. ἑ. Hinc videbantur Heusdio excidisse nonnulla quae Ficinus in Codice reperisset, quaeque apprime huic loco convenirent. Nunc videamus quae infra leguntur: τοὺς γάρ που παῖδας ἴσμεν, ὅταν ἄρτι γραμμάτων ἔμπειροι γίγνωνται — Ν. Σ. τὸ ποῖον; Tum suspensam orationem Hospes continuat: Ὅτι τῶν στοιχείων ἕκαστον ἐν ταῖς βραχυτάταις καὶ ῥᾴσταις τῶν συλλαβῶν ἱκανῶς διαισθάνονται. Quod cum explicare vellet nescio quis interpres, hujusmodi Scholion adscripsit. Τὸ ἑξῆς: τῶν στοιχείων ἕκαστον ἐν ταῖς βραχυτάταις κ. τ. ἑ. Qui autem Coislinianum describebat confusa hujus interpretationis fragmenta pro omissa et in margine suppleta sententia habuit, eaque huc invexit. Qui ita suam provinciam administravit fieri non potest ut idem elegantiae sensu motus aliquid de suo suppeditaverit. Itaque auctor sum ut in hac re Hirschigii potius quam reliquorum editorum judicium sequamur, et esse aliquas, quamvis minores, Coisliniani partes in Platonica lectione constituenda credamus.

Ibid. Vulgo οἷσθ'. Correxit C. F. Hermannus.

306. E. γενναιοτάτης. Interpres Latinus: *generosissima*. Imo *validissima*. Cf. Theaet. 149. A. Rep. 372. B. Pol. 266. C. In his et similibus locis idem fere sonat quod apud nos in populari sermone *fine*. — Cf. quae in Epistola pag. XXVI ad locum in Politico 266 dicta sunt.

IN LACHETEM.

178. B. ἔστιν οὖν τοῦτο. Τοῦτο, quod Hirsch. Coislinianum secutus omisit, in τὸ mutandum erat. Conv. 192. E. p. τοῦτο ὃ — L. τοῦ, οὗ —.

179. A. Malim νῦν ἤδη. Mox (B.) πολλάκις per *ut fit* vertendum. Vox eo sensu haud raro apud Platonem occurrit. Quae mox leguntur sana esse non possunt; patet enim participia ὑπομνήσοντες et παραχαλοῦντες cum praecedentibus non cohaerere. Sententiam hunc ad modum refinxerim: Εἰδότες οὖν ὑμῖν υἱεῖς ὄντας, (δεῦρ' ἐκαλέσαμεν ὑμᾶς·) ἡγησάμενοι κ. τ. λ. Intercidisse quaedam eo sensu quem praebent quae posui non modo probabile, verum etiam certissimum est. Nam futuri participia consilium declarant quod quis in aliqua re facienda habuerit Amicorum autem vocatio sola atque unica res est, cujus consilium et causam explicare attinebat. Accedit quod etiam εἰδότες a nullo alio verbo excipi se patitur, nedum ab ἡγησάμεθα, quod vix sine risu legi potest. *Quia sciebamus vobis liberos esse — quid tum? institutionem eorum curae vobis fuisse duximus.* Minime gentium. Contrarium enim fieri posse domestico exemplo didicerant. Igitur ἡγησάμεθα vel a scriba male lectum est, vel semel omisso verbo a correctore formam illam induere coactum est. Sic in Phaedro memini me λελογίσμεθα pro λελογισμένου corrigere. Sed tralatitia est harum formarum permutatio.

Ibid. E. Vulgo τῷ νέῳ. Si generaliter, ut vocant, loqui voluisset, dixisset τοῖς νέοις, vel certe articulo non fuisset usus.

180. B. Mediam formam in ὀλιγωρεῖσθαι a sequente διατίθεσθαι contractam esse suspicor.

Ibid. E. Vulgo περιφέρει. Sed imperfectum postulat reliqua oratio, et absurde diceretur memoria περιφέρειν τινά. Verbum reposui, quod commodam neque Platoni ignotam translationem continet, et facile in vulgatam lectionem abire potuit.

181. A. Vulgo καὶ ἄλλως καὶ δὴ καί. Scilicet grammaticus καὶ δὴ καὶ per καὶ ἄλλως interpretatus est; quae interpretatio e margine migravit, effecitque ut illud inter Sophronisci virtutes memorari videretur, quod nullo modo ad eum pertinebat. Καὶ δὴ καὶ alteri gratulationis (εὖ γε νὴ τὴν Ἥραν) causae praemittitur.

Ibid. C. Quum supra ἡμεῖς dixit se et liberos suos intelligit. Hic autem liberi seorsim commemorantur, ita ut ἡμᾶς de uno Lysimacho intelligi necesse sit. Quod quoniam fieri non potest scribendum censeo: σύνισθι τε καὶ γνώριζε ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τούσδε τοὺς νεωτέρους. Cf. Euthyd. 293. A. σῶσαι ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειρακίον.

182. A. Pro inutili et paene ridiculo τι δέῃ reposui quod reliqua oratio poscebat, τινὰ δέῃ. Mox pro οὔτ' ἂν οὔτ' ἄρα rescripsi. Opus erat particula quae sequentia cum praecedentibus connecteret; contra duplex ἄν sermoni pedestri parum conveniebat.

184. B. Hirschigius δεῖν post οἴοιτο inseruit, et ἢ post γένοιτο; totum autem locum sic latine vertit: „*Etenim arbitror, si quis timidus eam se oportere cognoscere putaret eum audaciorem per hanc factum clariorem fore quam fuerit.*" Sed haec interpretatio satis per ea quae sequuntur refellitur, οὐκ ἔσθ' ὅπως ἄν τις φύγοι τὸ καταγέλαστος γενέσθαι, φάσκων ἔχειν ταύτην τὴν ἐπιστήμην. Nihil quidquam mutandum est; supplendumne sit aliquid in sententia ob nimiam brevitatem obscura incertus sum. Hoc dicit: *timidum hujus artis peritia fretum et sic audaciorem factum, postquam in pericula quibus impar sit, incurrit, magis conspicuam timiditatem suam redditurum.* Quamquam fateor hoc sensu καταφανέστερον magis mihi placiturum fuisse, quam quod Libri habent, ἐπιφανέστερον.

Ibid. D. Videtur πρότερον ante ἔτι excidisse. Mox ἡ βουλὴ seclusi; si positum esset non δεῖν sed δεῖσθαι postularetur.

184. D. Recte quidem editores οὖ expulerunt. Sed ne sic quidem bene procedit oratio, id quod satis diversa interpungendi ratione proditur. Primum animadvertat lector, ἁρμονίαν καλλίστην non opponi iis quae sequuntur, οὐ λύραν κ. τ. ἐ., (quae est enim ista modi cum instrumento comparatio?) sed vim adverbii habere. Jam vero fingamus Platonem adverbio hic usum esse, ita ut hunc ad modum scriberet: καὶ κομιδῇ μοι δοκεῖ μουσικὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι, ὅτε κάλλιστα ἡρμοσμένος οὐ λύραν οὐδὲ παιδιᾶς ὄργανα, ἀλλὰ — quid aliud sequi oportet praeter rem quam cum illis instrumentis confert? aut quid intolerabilius quam ζῇν per epexegesin scilicet insertum ubi sententiam penitus turbat, et verba arctissime conjuncta τῷ ὄντι ἡρμοσμένος dissociat? Neque vero alterum illud ἡρμοσμένος non habet aliquid importuni sic brevi intervallo repetitum. Si et hoc insititium est, antiquiori certe librario debetur, quam qui οὖ primus dedit, quippe cujus oculi ab altero ἡρμοσμένος ad superiora ἡρμοσμένος ου aberrasse videantur. Mox quod omnes libri habent ἀλλ' οὐκ ἔστι, οἶμαι δ' οὐδὲ φρυγιστὶ κ. τ. ἐ. si vera lectio esset, necessario sequeretur Ionicum modum *utpote dissolutissimum* primum memorari, tum minus dissolutos adjungi. Hoc quoniam veritati contrarium est, δὲ delevi, ut οἶμαι non minus ad praecedentia pertineret. Sic autem adjectum et cum quadam derisione pronuntiatum optime cum oratione quadrat, quae tota admodum feliciter Lachetis vehemens et fervidum ingenium representat.

187. E. Miror Hermannum in conjectura καὶ λόγῳ ὥσπερ γυναικὶ acquie-

scere potuisse. Non id in muliebri sermone formidamus, ne subtiliter rem aliam ex alia nectentes nos ad id, de quo loqui volunt, circumducant. Plane contrarium omnes experti sumus. Ὥσπερ γένει adjectum est, quia in verbis ἐγγύτατα εἶναι ludit, quae proprie de γένει, hic autem de λόγῳ, dicuntur. Respicit autem ad ea quae supra dixerat: εἴ που ἐν τοῖς δημόταις μετὰ τοῦ πατρὸς ἀκολουθῶν ἐπλησίασέ σοι κ. τ. ἑ. ut ex ipso verbo πλησιάζειν hic repetito apparet. Ergo alteram generis cum Socrate conjunctionem, alteram sermonis esse innuit, et illius quidem Lysimachum participem fuisse, hujus non item. Quare σὺ inserto omnia planissima evadunt.

190. A. Delenda sunt verba ἧς περὶ — — κτήσαιτο. Recte quidem supra posita sunt, ubi quavis de re agitur; hic, certo allato exemplo prorsus inutile additamentum efficiunt. Qui ea supplevit, quique manere passi sunt, sensum verborum minus intellexerunt, qui non potest esse — *de qua fortasse consilium dandum sit*, tum enim scriptum fuisset — ἐάν που ταύτης πέρι ξύμβουλοι γενώμεθα: sed — *quaecunque fuerit illa qua de* caett. Mox ἰατροὶ non suo loco positum et minime necessarium damnavi, et cum Hirschigio ἢ ante ἀκοὴν supplevi. Sic etiam in Lys. 209. A. ὅταν γὰρ βούλωνται αὐτοῖς τιν' ἀναγνωσθῆναι ἢ γραφῆναι — pro TIN lege TI H.

191. B. Non Scytharum tantummodo sed cujusvis populi equitatus eo modo pugnat. Vide autem quam male haec cohaereant: τὸ μὲν ἱππ. τὸ τῶν Σκυθῶν, τὸ δὲ ὁπλιτικὸν τό γε τ. Ἑ.

Ibid. C. Optimam C. F. Hermanni conjecturam ἄρτι pro αἴτιον ambabus manibus arripui. De P et I literarum similitudine uonnulla ad Philebum dixi, ubi μῶν μηδὲ ὁρᾶν τι in μῶν μὴ δέοι' ἄν τι corrigenda monui.

195. C. Ea ipsa quae praecipuam molestiam ponit τε particula, remedii viam indicat. Si uno tenore, τὸ ὑγιεινόν τε καὶ νοσῶδες legamus, simul nihil requiri intelligemus, et illa — εἰπεῖν οἷον — seorsim spectata ipsa suam originem prodent. εἰπεῖν οἷον et ὑγιεινὸν geminae sunt ejusdem lectionis formae, haec proba illa corrupta. Non simpliciter corruptam dico, sed ex corrupta corruptionem male corrigendo factam. Quod si cui placet in scribarum erroribus γενεαλογεῖν, haud absurde mihi videor stirpem hunc ad modum deducere: ΥΓΙΕΙΝΟΝ, ΥΠΕΙΝΟΝ, ΕΙΠΕΙΝ ΟΝ ΕΙΠΕΙΝ ΟΙΟΝ. Mox vulgo οἳ δὲ δή τοι τοσοῦτον δήπου μόνον ἴσασιν. Magis mihi convenire visum est δήπου; δήτοι, quod per se barbarum est in ἄριστοι mutandum suspicor.

198. E. Recte verba ὅπῃ γενήσεται uncinis inclusit Hirschigius.

199. B. καὶ πάντως ἐχόντων post Hirschigium damnavi. Miror eundem idem non fecisse infra in verbis καὶ τὰ μή. ἐξευλαβεῖσθαι τὰ μὴ δεινὰ vix in illum cadit, qui et Dis et hominibus recte uti scit.

Ibid. E. Inutili et molesto auxilio sententiam impediunt ista, ᾧμην σε εὑρήσειν, quibus sublatis tollitur etiam reliqua scabrities, quum πάνυ δή non alterum et nimis abruptum initium faciunt, sed sententiae tenorem leniter continuant. Praeterea ἀνευρήσοις pro ἀνευρήσεις reposui. At enim haud raro directa oratione utuntur optimi auctores ubi obliqua magis convenire videatur.

Scio; et eosdem praesenti historico non illibenter uti, si quid πρὸ ὀμμάτων ponendum est. Quoniam autem eadem est utriusque moris ratio, ibi demum illum ferri posse manifestum est, ubi hic non alienus esset. Quod, ut opinor, minime in nostrum locum cadit.

200. A. Mirum est hoc genus reprehensionis quae secum suam affert excusationem. *Vere humani aliquid passus es, caett.* Neque vero si hoc dicendum fuisset ita scripsisset Plato. Et primum quidem quae sit τοῦ ὡς ἀληθῶς vis post correctionem meam factam clarius apparebit. Deinde ἀνθρώπειον de humana infirmitate non dicitur, quod esset ἀνθρώπινόν, sed potius de re quae *ad homines pertinet*, unde toties τῷ θείῳ opponitur. Postremo πρᾶγμα ἐργάζεσθαι adeo portentosum est, ut si caetera omnia recte procederent et sensum vel maxime commodum praeberent, non fuisset tolerandum. Accedit quod οὐδὲν βλέπειν dici nequit pro οὐ βλέπειν nisi perinde esse statuas οὐ βαίνεις dicas an οὐδὲν βαίνεις: et durissima est illa epexegesis per infinitivum βλέπειν, ubi participium quivis expectet. Denique quis credet Platonem haec dicere volentem — σὺ μὲν οὖν μοι δοκεῖς ἀνθρωπινόν τι πεπονθέναι οὐ πρὸς σαυτὸν βλέπων ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄλλους, in has sordes incidere? Sed longe aliud dicere volebat, nempe illud quo posito omnia illa sana et apta esse videbimus praeter unum illud ἐργάζεσθαι, quod librario evanidam vocem in εσθαι desinens pro captu supplenti debetur. Nos qui alium sensum quaerimus aliter supplebimus. Σὺ μὲν οὖν μοι δοκεῖς ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπειον πρᾶγμα οἴεσθαι οὐδὲν πρὸς σαυτὸν βλέπειν (ſ. εἶναι v. ῥέπειν) ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄλλους. Jam vides quam recte ὡς ἀληθῶς dicatur, ubi significare vult nomen rei convenire. In Crat. 397. E. mira est Hermogenis interpellatio: Σω. τί οὖν ἂν μετὰ τοῦτο σκοποῖμεν; ἢ δῆλον δή, ὅτι δαίμονάς τε καὶ ἥρωας καὶ ἀνθρώπους; Ἑρμ. Δαίμονας; Σω. Καὶ ὡς ἀληθῶς, ὦ Ἑρμόγενες, τί ἄν ποτε νοοίη τοὔνομα οἱ δαίμονες; Non longe ab ipso Platonico sermone aberraturos credo qui mecum legent, Ἢ δαιμονᾷς ὡς ἀληθῶς κ. τ. ἑ.;

Ibid. B. που οἴει in προσποίει mutandum. Contra in Dem. Chers. 58. εἰ μέντοι βουλόμεθ' ἡμεῖς μὴ προσποιεῖσθαι πολεμεῖν αὐτὸν ἡμῖν, ἀνοητότατος πάντων ἂν εἴη τῶν ὄντων ἀνθρώπων, εἰ τοῦτ' ἐξελέγχοι — res ipsa clamat oratorem μὴ πεπεῖσθαι dixisse. Vitium ex compendiosa scriptura ortum est.

201. A. Recepi Hermanni et Fritzschii correctionem de qua vid. Herm. Praef. ad hunc Dialogum.

SUPPLENDA ET CORRIGENDA.

p. 1. Euthydemi. Etiam in recta interrogatione καὶ adhiberi docet Heindorfius ad h. l. et ad Theaetet. 144. C. Sed in his locis aut alterum quiddam praeter id quod jam dictum est quaeri significat, aut ἀπορίαν loquentis exprimit, ita ut v. c. τί καὶ ἐρεῖς idem sit quod ἀπορῶ ὅ τι καὶ ἐρεῖς.

p. 2. Quod in nota pro τῷ ἄνδρε τῶνδρε scripsi, vel potius scribere volui, non eam crasin Atticam esse credidi, sed a scriba factam. Sic enim facilius fieri potuit, ut voces in τῷ γε mutarentur.

p. 9. Quemadmodum hic ἐπὶ post τε καὶ infersum est, sic in Rep. VII. 532. A. καὶ πρὸς αὐτὰ ἄστρα τε καὶ τελευταῖον δὴ τὸν ἥλιον, quae optime procedunt scribarum imperitiae tribuendum est quod πρὸς αὐτὸν ante τὸν ἥλιον in omnibus libris invenitur, unde omnes editiones occupavit.

p. 12. 8 a fin. Pro ὡς οὐδὲν ὄφελος malim ἢ οὐδὲν ὄφελος.

p. 22. 12—13. Pro οἷῶ προσεύχομαι malim οἷωπερ εὔχομαι; nam προσεύχομαι vim habet a simplici verbo plane diversam.

p. 30. 22—24. Heindorfius εἰδέναι pro εἶναι conjiciebat. Recte; sed praeterea ὄντας post σοφοὺς excidisse certum est. Quae vero sequuntur haud minus mendosa sunt: ἐγὼ ἐπιδείξω καὶ σὲ ταῦτα τὰ θαυμαστὰ ὁμολογοῦντα. Cur haec de se suaque scientia intelligit Socrates? Non adjectum est περὶ σαυτοῦ, neque aliud quidquam unde suspicari possemus hic non amplius de iisdem quibus antea loqui Euthydemum. Et quid est illud, ἐπιδείξω σε ὁμολογοῦντα?

Vel hoc dicendum erat: *faciam ut confitearis*, quod esset ἀποδείξω; vel, *demonstrabo rem ipsam ita se habere.* Sed quis unquam sic locutus est: *demonstrabo te confiteri?* Jamne satis manifestum est cur tantae molestiae causa vox ὁμολογοῦντα in optimo Codice non compareat? Nempe illius libri scriba lectionem depravatam omittere maluit; qui Coisliniani fontem descripsit conjectura sanare conatus est. Quod si hac rejecta, aliam e sensu loci proponere licet id mihi repperisse videor quo admisso omnes quas supra memoravi difficultates dissipantur: ἀλλ' ἦν, ἔφη, ἐθελήσῃς μοι ἀποκρίνασθαι (sic leg.), ἐγὼ ἐπιδείξω καὶ σὲ ταῦτα τὰ θαυμαστὰ ὁμοίως ἔχοντα.

p. 31. 19. Recte Cobetus voces ἢ ἐγώ ejiciendas esse monuit.

p. 33. 297. C. Memoratu digna est quae hic occurrit inter Clarkianum et Coislinianum discrepantia, quorum hic εἰ μίαν κεφαλὴν ἀποτμηθείη, ille εἰ

μίαν κεφαλήν τις ἀποτέμοι exhibet. Si auctoritate libri standum est, praeferenda erit lectio quam Hermannum secutus dedi; sed prior Graecitatis sensu imbuto magis se commendat. Quippe post verbum activum dativus pronominis nec abesse commode potest, et, si addatur, sententiam minus concinnam efficiat. Contra κεφαλὴν ἀποτμηθείη ejusmodi est constructio, quae grammaticum facile movere poterat ad faciliorem sententiam enarrationis ergo adjiciendam. Hanc in margine positam pro correcta lectione videtur habuisse is qui Clarkianum descripsit; itaque ea recepta antiquam expulit. Caeterum novem partes difficilium, ut vocantur, locorum, qui criticis bilem movent, magistrorum sapientiam exercent, lectores longis annotationibus obruunt, ex hoc uno fonte oriuntur. Fuit enim margo commune omnigenarum rerum receptaculum, correctionum, variarum lectionum, vocum in scribendo omissarum, commentariorum in res et nomina; quibus accedant lectorum sententiae auctorem vel laudantium vel improbantium, nonnunquam etiam irridentium. Non est igitur mirandum, si quae ad lacunam implendam suppeditaverat recensor pro simplici animadversione habita a librariis in novo codice describendo penitus praetermissa sunt; quae contra interpretationis gratia fuerant apposita, meliorem lectionem continere visa genuina verba de sede exturbaverunt. Nonnunquam etiam factum est ut qui judicium vel non haberent vel exercere non auderent, vera cum falsis, correctiones cum mendis, res cum explicationibus, et geminas loci controversi recensiones conjunctim repraesentaverint. Cujus rei exemplum in Midiana mihi detexisse videor, hucusque, quod sciam, non animadversum. In 555. extr. legitur: δόντα λόγον καὶ ὑποσχόντα κρίσιν περὶ ὧν ἄν τις ἐγκαλέσῃ, τότ' ἀμύνεσθαι τοὺς ἀδίκως ἐφ' αὐτὸν ἐλθόντας χρή, [καὶ τότ' ἂν ἀδικοῦντας ὁρᾷ τις,] οὐ προαναρπάζειν κ. τ. ἑ. Quae uncinis inclusi variam lectionem continent vulgata longe deteriorem: scilicet, τότ' ἂν ἀδικοῦντας ὁρᾷ τις ἀμύνεσθαι χρὴ κ. τ. ἑ.

In Plat. Conv. 184, operam perdet qui aliquid ex voce μῶν extundere voluerit, nam quae jam excogitata sunt, μόνῃ, νόμῳ et similia non sunt nauci. Locum describam, quemadmodum a Platonis manu profectum arbitror: ὥσπερ γὰρ ἡμῖν νόμος ἐπὶ τοῖς ἐρασταῖς ἦν, δουλεύειν ἐθέλοντι ἡντινοῦν δουλείαν παιδικοῖς μὴ κολακείαν εἶναι μηδ' ἐπονείδιστον, οὕτω δὴ καὶ ἄλλη μία ἑκούσιος λείπεται οὐκ ἐπονείδιστος. Ad verba ἄλλη μία adscripsit grammaticus, μῶν δουλεία. Nempe inter ὁδὸς et δουλεία dubitabat, quum et superioris sententiae — μία δὴ λείπεται ὁδός — memor esset, et δουλεία cum ἑκούσιος melius jungi et ab argumento postulari sentiret. Quod vero in initio ita corruptum erat ut nullo sensu ἔστι γὰρ ἡμῖν νόμος, ὥσπερ κ. τ. ἑ. legeretur, hoc quomodo factum sit explicatu facile est. ὥσπερ in orationis serie quum esset praetermissum, postea in margine scriptum est. Qui vero codicem, in quo hoc factum est, describebat, vocem omissam non in suam sed in eam quam hucusque tenuit sedem reposuit; tum exortus est aliquis iratis Musis natus conjector qui quum manifestam lacunam ante γὰρ animadvertisset, nihil aliud sibi faciendum ratus est quam ut verbum comminesceretur quod cum νόμος consistere posset.

Ibid. 186. A. pro ὅτι δ' οὐ μόνον ἐστὶν ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς legendum οὐχ ὅτι δὲ ἐπὶ τ. ψ. cujus interpretatio fuerit, οὐ μόνον δέ. Sic demum ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς intelligi potest, quod eodem sensu dici solet quo ἐπὶ τῶν ψυχῶν (etsi in Legg. 794. A. vix credo Platonem in uno atque eodem orationis membro positurum fuisse ἐπὶ τῶν δούλων, et ἐπ' ἐλευθέροισι); nam quod vulgo interpretari conantur, ὁ ἔρως ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς ἐστίν vehementer vereor ut ipsi Graeci intellecturi fuerint. Sed gravissimum est contra vulgatam lectionem et pro nostra correctione argumentum totius sententiae structura. Scio objecturos nonnullos, quod in brevi oratione durissima videatur iteratio in longiore gratam negligentiam habere. Sed non est omnibus respondendum, nec ad omnia.

p. 41. 20. Deleatur μόνῳ monente Cobeto.

p. 46. Egregie conjecturam meam confirmant quae infra leguntur p. 57, 21, seqq. (187. C—D.)

p. 48. prop. fin. οὔτοι τι. Antiquum obtinuisse videtur ut librarii inter τοι et τι fluctuantes utrumque admiserint. Ex quibus equidem τοι praetulerim; imo ne Graecum quidem esse credo οὔτι αὐτὸν ἔτι γιγνώσκω.

p. 49. 7. Pro μέμνησθε quod in posteriore loco libri impressi habent, manu exarati ἐμέμνησθε dant. Fortasse igitur ἐπιμέμνησθε scribendum ut eodem verbo hic quo supra utatur: θάμα ἐπιμέμνηται Σωκράτης. Videtur contrarium in perfecto atque in aoristo fieri; ut dum simplex μέμνημαι, quod omnes sciunt, *memini* significat, ἐπιμέμνημαι sit *mentionem facio*. Hujus aoristus est ἐμνήσθην, illius ἐπεμνήσθην. Mox pro φοιτᾷν lege φοιτᾶν.

p. 49. 4 a fin. Fortasse ἡμᾶς ita defendi possit ut non modo de se sed etiam de Melesia, ὃς αὐτῷ συνεσίτει, loquatur.

p. 53. 11. Delendum ἂν quod in hac editione post ἐπιφανέστερος irrepsit.

Ibid. 21—22. Lege quantocius, καὶ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ διακριτοῦντος δοκεῖ μοι *εἶναι* ἡμῖν ἡ βουλή. Et ἐπὶ quidem habent libri omnes, sed ἔτι ab editoribus post Heindorfium passim receptum est; quae conjectura plus quam unum vitium intactum reliquit. Caeterum nemo est hodie quin intelligat quo sensu res ἐπὶ τῶν κριτῶν εἶναι dicatur. ὥσπερ autem propter translationem insertum est, quam usque ad finem orationis persequitur.

p. 54. 16. Injuria mihi suspecta fuerunt ὅποιοι ἄν τινες οἱ παῖδες γένωνται, quibus recisis οὕτως non haberet quo referretur; nam non est ejusmodi ut a duobus contrariis χρηστῶν et τἀναντία pendere possit.

p. 59. 18. ὑπὸ χρηστῶν μόνον. Imo μόνων.

p. 60. 6. Delendum δὲ ut sensus sit, *Neque sane ea quae audio pulchre memini si qua alia oratio intercesserit.* Si δὲ retineas quum τὰ πολλὰ et οὐ πάνυ sibi opponantur non video qua ratione falsam illam interpretationem formulae οὐ πάνυ, a nonnullis et inter primos a Donaldsono nostro defensam, refellas. Negabat vir perspicax et multifariam doctus eum Graece scire qui οὐ πάνυ *haud admodum* significare crederet. Cui optime respondit vir elegantis ingenii Edwardus Cope, cujus nota Anglicae Gorgiae versioni subjecta dignissima est quae legatur. Quod autem fieri posse credunt nonnulli ut utramque habuerit

significationem, (sc. *non admodum* et *prorsus non*,) id vero commentum esse diceres hominum non modo Graecitatem sed omnino linguae cujusvis usum ignorantium.

p. 61. 6. Legendum, ἆρ' οὖν (οὐ) τοῦτό γ' ὑ. δ. His pauca adjiciam quae attentus lector ad varios quos in epistola tractavi locos pertinere intelliget.

Etc et Ex confusa effecerunt ut locus in Oed. Col. 1213. interpretes eluserit. Ὅστις τοῦ πλέονος μέρους χρήζει τοῦ μετρίου παρεὶς ζῴειν ea est verborum structura ut si τοῦ μετρίου a παρεὶς regi ponas in syntaxeos regulam pecces, sin a πλέονος pendere statuas, παρεὶς sine casu relictum ad ζῴειν pertinere videatur. Utrique incommodo medeberis, si παρὲκ scribas.

Ut ν et ρ, sic ἄρ' et ἄν facillime permutari haud pauca exempla declarant. Inter haec ponendum quod in Oed. Col. 1366. legitur: ἢ τἂν οὐκ ἂν ἦ τὸ σὸν μέρος, ubi graviter offendit aures ἂν tum brevi intervallo inutiliter repetitum. Contra ἢ τἄρ' οὐκ ἂν ἦ legendum esse suadent loci paene innumerabiles in quibus ἤτοι οὔτοι et εἴ τοι cum particula ἄρα junguntur.

Quemadmodum Euripides verbo παρεμπολᾶν usus est pro *fallere* vel *in errorem inducere*, sic Sophocles in Ajace 978, ἆρ' ἠμπόληκά σ' ὥσπερ ἡ φάτις κρατεῖ. sed in Philoct. 579 διεμπολᾷ non potest et τί simul et με regere, et inepte quaereret Philoctetes, *cur me mercator vendit*. Legendum suspicor;

τί φησιν, ὦ παῖ; τί ποτ' ἐμοῦ κατὰ σκότον
διεμπολᾷ λόγοισι πρός σ' ὁ ναυβάτης;

Sic tandem apparet cur διεμπολᾶν, non ut in v. 303, et Antig. 1036. ἐξεμπολᾶν dixerit; illud enim est, *verba cum altero commutare, stipulari*, quod faciunt, qui in rebus venalibus nundinantur. Contra in Antigona 1035, vendendi seu fallendi notio scribarum negligentia obscurata est, qui verbum alienum invexerunt, κοὐδὲ μαντικῆς | Ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι, τῶν δ' ὑπαὶ γένους | ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι πάλαι. Legendum ἄπρατος. *Ne in vaticiniis quidem non sum fraudem vestram expertus, sed ab illo genere* (sc. vatum) *jamdiu mercium ritu venii.*

Verbum omissum in causa est cur hodie nullo sensu in Plat. Conv. 200. A. legatur: τοῦτο μὲν τοινυν — φύλαξον παρὰ σαυτῷ μεμνημένος ὅτου. Legendum μεμνησόμενος ὅπου δεήσει.

In Conv. 203. A. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη, τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. Satis est sententiam legisse ut μαντείαν locum non suum occupare videamus, in quem μαγείαν quantocius reduxerim.

Similitudo syllabarum ει et οι in causa est cur modo alterum in alterum transierit, modo alterum ab altero absorptum sit. In Oed. Col. 1378. non dubito reponere οἳ τυφλοῦ πατρὸς | τοιῶδ' ἐφύτην. In Plat. Rep. 7. 533. A. εἶ omissum totam sententiam pessumdedit. Legitur, Οὐκέτ', ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε Γλαύκων, οἷός τ' ἔσει ἀκολουθεῖν, ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολίποι, οὐδ' εἰκόνα ἂν ἔτι οὗ λέγομεν ἴδοις. Hoccine est docere, auditorem huc usque perductum tanquam ulteriori viae imparem a se dimittere? Atque

hoc quidem summae foret inhumanitatis; quod vero de se praedicare videtur, arrogantiae non ferendae. Sed quae sequuntur mirabilem inconstantiam hominis proderent, qui illis ipsis de rebus Glaucum interrogare pergit, quae ad puram illam regionem pertinent, quo Glaucum se sequi posse negaverat. Omnes hae difficultates una syllaba inserta tollentur: (εἰ) οἷός τ' ἔσει ἀκολουθεῖν. Obiter monere liceat paullo infra legendum esse: οὐκ ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ μέθοδος ὅρῳ περιλαμβάνειν.

Orationis structuram penitus evertit γὰρ pro γε male lectum in Plat. Conv. 182. D. Sententia sic continuanda est: οὐ ῥᾴδιον κατανοῆσαι ἐνθυμηθέντι γ' ὅτι λέγεται κ. τ. ἑ.

Participium pro genitivo plurali habitum etiamnum sensui officit in Oed. Col. 1524—5. ubi mutato accentu scribi oportet: ὡς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν ὅδε δορός τ' ἐπακτοῦ γειτονῶν ἀεὶ τιθῇ.

Putidissimis supplementis inquinatum est Platonis Convivium. Veluti ubi ad verba (180. B.) Θειότερον γὰρ addidit nescio quis ἐραστὴς παιδικῶν· ἔνθεος γάρ ἐστι. et mox ante μᾶλλον idem vel ejus gemellus τῆς Ἀλκηστίδος infersit; reliqua enim, damnata illa quidem a Valckenaerio sana esse existimo. In 184. A. Apage insulsa illa καὶ τοῖς μὲν χαρίσασθαι, τοὺς δὲ διαφεύγειν. (sic) nam διαφυγεῖν editoris medicina est, eaque facta mortuo, ut satis apparet ex illis τοῖς μὲν et τοῖς δὲ, quae hic de duobus amatorum generibus, sed in proximo versu de amatoribus et amasiis adhibentur. In 178. A. expulso τὸν λόγον et ἑκάστου in ἕκαστα mutato omnia recte procedent. In 198. E. τοῦ ἐπαινεῖν ὁτιοῦν verba interpretis sunt, qui ipse locum non intellexit. In 212. D. rejectis quae scribae invexerunt legendum: καὶ τῶν μαθημάτων ἐπ' ἐκεῖνο, ὅ ἐστιν οὐκ ἄλλου ἢ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ καλοῦ μάθημα· κἂν γνῷ αὐτὸ τελευτῶν ὃ ἔστι καλόν, ἐνταῦθα τοῦ βίου κ. τ. ἑ.

Saepissime et praesertim ubi vocalis in fine elisionem passa est vocabula in unum coagmentata vel perperam divisa omnis generis molestias pepererunt. Sic in Oed. Col. 1416. legimus στρέψαι στράτευμ' ἐς Ἄργος ὡς τάχιστά γε, qualis versus ne ex infima quidem Iambicorum Carminum officina cujusmodi prope sexcentas nunc in Anglia habemus, prodire paterentur cordatissimi harum rerum magistri. Dicerent profecto versum in misere assutam particulam tanquam in turpem caudam desinere. Quid scripserit Sophocles ex iis quae infra a Polynice respondentur manifestum est. Scilicet, στρέψας στράτευμ' ἐς Ἄργος ὡς τάχιστ' ἄγε. In Plat. Rep. 7. 533. E. legitur apud Bekkerum: οὐ γὰρ οὖν, ἔφη· — ἀλλ' ὃ ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν λέξιν σαφηνείᾳ ὃ λέγοι ἐν ψυχῇ. Ἀρέσκει οὖν, ἦν δ' ἐγώ κ. τ. ἑ. Sed optimi libri ἕξιν et λέγει habent, et alterum ὃ omittunt. Plato, ut opinor, dederat: ἀλλ' ὃ ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν ἕξω σαφήνειαν Α ἔχει ἐν ψυχῇ, ἀρκέσει. Ἀρκέσει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, κ. τ. ἑ. (Obiter moneo in Rep. 9, 585. legendum esse: ἦ οὖν (τοῦ ἀεὶ ἀνομοίου) τοῦ ἀεὶ ὁμοίου οὐσία οὐσίας μᾶλλόν τι ἐπιστήμης μετέχει;) Ibid. Lib. 8. 567. pro ταῦτα δὴ ποιοῦντα (ἀνάγκη) ἕτοιμον μᾶλλον ἀπεχθάνεσθαι τοῖς πολίταις, (ubi ἕτοιμον eodem modo in Graecitatem peccat, atque si quis nostra,

I am ready to fall in ἕτοιμός εἰμι πεσεῖν verteret) quis non legi oportere fateatur: ταῦτα δὲ ποιοῦντα ἔτι, οἶμαι, μᾶλλον ἀπεχθάνεσθαι τοῖς πολίταις. In Tim. 19. A. pro καθάπερ lege ἕκασθ' ἅπερ. Antimachi versus quos citat Athenaeus, XI, 475. D. labem in initio contraxerunt, quam frustra eluere conati sunt Schweighaeuserus, Jacobsius, Düntzerus, Blomfieldus. κήρυκας ἀθανάτοισι φέρειν μέλανος οἴνοιο | ἀσκὸν ἐνίπλειον κ. τ. ἑ. Recte intellexit editor Parisiensis, subaudiendum esse Ἄδραστος ἐκέλευσε; sed, ut opinor, antequam vinum per praecones convivis praeberet, alios ministros arcessere debebat qui cibum apponerent. Hoc igitur quum in praecedentibus narravisset poeta ad reliquam hospitalis muneris partem sic perrexit:

Κήρυκάς θ' ἅμα τοῖσι φέρειν κ. τ. ἑ. Ἅμα τοῖσι est, *simul cum famulis*, quos supra memoraverat.

INDEX.

A.

A et X confusa XII.
ἀηδὲς — ἀηδές: p. 58, 20.
Ἀθηναία (sic legendum; cf. Cobet in Mnemosyna X, 83.) φρατρία p. 39, 5 a fin.
Αἰξωνῆς, οἱ. Lachetis δῆμος. Qui ex illo erant propter κακολογίαν notabantur p. 17, 26.
Alcestis fabula foede interpolata XIV.
Ἀλλὰ — ἅμα confusa (In Rep. VIII, 527. malim ἅμα γελοίως) p. 28, 22.
ἄλλην καὶ ἄλλην: idem quod ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε p. 3, 3 a fin.
ἂν et ἄρ' confusa p. 50, 24.
ἄν pro ἐὰν a scribis non intellectum ineptis supplementis ansam dedit XXXI.
ἂν et ἄν confusa 18, 7.
ἀναλαβεῖν: *memoria repetere* p. 6, 22.
ἀνδριὰς. ὁ ἀ. ὁ ἐν Δελφοῖς. Videtur fuisse maximus e pluribus qui ibi erant Colossis. p. 36, 1.
ἀνερωτᾷς in ἀγρόταις corruptum XXIV.
ἄνευ pro αὖ (nisi forte utrumque scribendum est.) XLV.
ἀνήνυτα pro δυνατά XXXVIII.
ἄνος, ἄνω — ἄνθρωπος, ἀνθρώπῳ IX.
ἀντιλέξειν pro ἀντιδείξειν (ἀρχαιοπρεπὴς ἡ χρῆσις ἀντὶ τοῦ ἀντερεῖν) XVII.
Axiochus Cliniae pater (Xen. Hist. Graec. I. ad fin. Axioch. 368, D.) p. 1, 8.
ἀπαυτοσχεδιάζειν, idem quod αὐτοσχεδιάζειν, sed adjuncta periclitandi notione p. 10, 15.
ἀπηχεῖ pro ἀπέχει XXIII.
Ἀπόλλων πατρῷος p. 39, 25.
ἀπομειούμενα pro ἀφομοιούμενα XL.
ἀποσημαίνω? *signum dare.* p. 7, 18.
ἀργὸς: μάχη ἀργὸς *pugnae genus quod quis nondum coluit* p. 2, 13.
Aristophanes interpolatus XIX—XX.
Aruspicum fraus et verbositas IX.
ἀρῶν (ἀνδρῶν) in αμων corruptum. cf. τωρε — τωγε Euth. p. 2. (In Repub. 8, 554 pro ἔντιμα τῇ τε πόλει καὶ παρὰ τῷ τοιούτῳ — Lege: ἐ. τῇ τε πόλει καὶ τ'ἄρι (τῷ ἀνδρὶ) τῷ τοιούτῳ.) XIII.
ἅτ' Ἰώνων pro ἁγίων τῶν XXII.
ἀτιμάζειν εἰπεῖν, *omittere in dicendo* p. 51, 7.
αὐτοὺς χρὴ γιγώσκειν: (cf. αὐτὸς γνώσει Gorg. 404, C. Eur. Ion. 1357; Thuc. 4, 99.) p. 57, 18.

B.

βάλλειν λίθῳ p. 53, 1.
βαπτίζεσθαι, *obrui.* p. 7, 4.
βοιδίων — κωβίων confusa p. 34, ult.

Γ.

γ et π confusa X.
γε, γὰρ et γ' ἄρ' confusa XXIV—V.
γε pro γῆς XI.
γερρόφοροι *Persarum legionarii* p. 62, 22.
γίγνεσθαι περί τι XXXV.

Δ.

δ et ρ confusa VIII.
δ et ο confusa XIX.
Δ. (h. e. τέτταρα) et ΔΙΑ confusa VII. XI.

δαιμόνιον. τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δ. p. 3, 17.
Damon, Agathoclis discipulus, musicae et philosophiae doctor p. 48, 22.
Δάπεδον et λαμπρὸν confusa XIII.
Δεῖν et εἶναι confusa p. 53, 22. v. Suppl.
δή τοι — δή που p. 68, penult.
Δήλιον. ἡ ἀπὸ Δ. φυγή p. 49, 14.
δῆθεν et ῥηθέν confusa XLVII.
διαστέλλω *distinguo* p. 31, 12.
Dittographiae ἣν λέγω — ἣν δ' ἐγώ XXIII. (cf. Sophist. 245, B et Varr. Lectt. ad 263, C. Phaedr. 230, B.)
δορὰ εἰς ἀσκὸν τελευτῶσα. Proverbium. (cf. Ar. Nub. 442, seqq. Solon apud Plutarch. in Solone p. 86, B.) p. 18, 24.
Δορυδρέπανον telum a Stesilao inventum. Quem successum habuerit festive ad modum depingitur p. 52, 21.
δραστὴς pro ἐραστής X.
δωριστὶ ἡρμόσθαι p. 59, 6. In carminibus hunc ad modum recitatis, singulae syllabae uno sono pronuntiatae fuisse videntur p. 66, 12—13.

E.

ἐγγύτατα λόγῳ et ἐ. γένει εἶναί τινι p. 58, 6.
ἔγνω pro ἐγώ IX.
εἰ δὲ subaudito ἄλλο τι βούλεται (cf. Rep. 432, A. Alcib. 114, B. Phaed. 212, C) p. 18, 20,
εἴπερ — sine apodosi 31, ult.
εἰσδύεσθαι de anima corpus intrante XLI.
ἐκκαλέσωμαι: *evocem*, *ut sub vera specie se ostendant* p. 22, 15.
ἔκφορος λόγου: *delator* (cf. Arist. Thesm. 472. Plut. 1138, et ibi Schol.) p. 76, 21.
ἔλεγεν ἔν — ἐγέλασεν p. 19, 21.
Elisio in fine versus XII.
ἐμπολᾶν et ejus composita XIII et Suppl.
ἐνδόντα pro εὖδοντα X.
ἐν παντὶ γενέσθαι p. 37, 27. Vide Nott.
ἐν πίθῳ ἡ κεραμεία γίγνεται, v. τὴν κ. μανθάνειν. Proverbium de periculis in re pretiosa non faciendis p. 57, 13.
ἐξ et δι' confusa XXVI.
ἐξαμφοτερίζειν τὸν λόγον *to make stale mate of the argument* p. 37, 17.
ἐξάπτουσαν (de Stoicorum ἐκπυρώσει agitur) pro ἐξαπατῶσαν XXII.
ἔξαρνος εἶναι cum accusativo. *Negare* p. 16, 2.
ἐξεγένετό μοι: *tempus habui* p. 7, 5.
ἐπακολούθει pro ἐπάκουε XXXII.
ἐπέγειραν pro ἐπὶ γαῖαν XIII.
ἐπεὶ γνοίης — ἐπιγνοίης p. 38, penult.
ἐπεὶ cum interrogatione L.
ἐπὶ et εἰ confusa XXIX.
ἐπιδαιμονῶν pro ἐπεὶ δαίμων IX.
ἐπικραίνειν *ratum facere* VII.
ἐπιμιγνύσθην pro ἐπιγιγνοίσθην XXXVI.
ἐπισκοτεῖν τῆς θέας τῷ Κτησίππῳ p. 5, 10.
ἐπίστασθαι γιγνώσκειν p. 22, 23. Sed vide num scribendum sit ἀνευρίσκειν.
εὖ ἔχοντα, *pulchra* p. 20, 13—14. p. 41, 12. (Simili sensu Thuc. 5, 28. οἵ τ' Ἀργεῖοι ἄριστα ἔσχον τοῖς πᾶσιν.)
ἔφθη pro ἔφη XXII.

Z.

Ζεὺς ἕρκειος p. 39, 5 a fin. Ζεὺς φράτριος. Ibidem.
Ζεὺς πατρῷος Atticis incognitus p. 39, 14.

H.

ἡγησάμενοι — ἡγησάμεθα confusa p. 46, ult.
ἤδη, δή et γε δὴ confusa p. 29, 5 et Nott. (Adde Rep. VIII, 568, E. ubi legendum ὅταν ἤδη ἐπιλίπῃ. In Rep. VII, 531. lege ἀλλ' οἱ δή, εἶπον, μὴ δυνατοί τινος ὄντες δοῦναί τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον —)
ἥκει — ἀρκεῖ XXVII.
ἥκειν pro ἑκεῖ XL.
ἦν ἡ pro ἡ 'μή X.

Θ.

Theophania. Quae de his tradiderit Plutarchus XLIX.

θέσθαι τὴν ἐναντίαν *contrariam sententiam ferre* p. 53, 7 a fin.

ΘΟΙ μόνοι pro οἱ νόμοι XIV.

Θρόνωσις in Corybantum sacris p. 9, 9.

Thucydidea quaedam XVI.

I.

ι et ει confusa (in Rep. IX, 581 E. pro εὖ, ἔφη δεῖ εἰδέναι legendum: εὖ ἔφη διείλου.) VIII. et p. 19, 5.

ι et ρ confusa. (In Rep. IX, 581 D. pro ἀργύριον ποιεῖ lege ἀργύριον ποριεῖ.) p. 62, 27.

ἰαστὶ ἡρμόσθαι p. 59, 6.

id agebam pro jacebam LI.

ἴλεω εἴητον: solemnis deorum invocatio p. 4, 23.

indormire et inhiare sibi opponuntur XIV.

ἰὸν pro οἷον XXXIX.

Isocrates tangi putatur p. 43.

ἱστορῶ pro ἴστω XV.

ἴσως *ut puto* p. 10, 9. p. 70, 9. (Sine sensu legitur in Rep. VIII, 551, ubi reponendum τὸ ἀδυνάτους εἶναι σῶς πόλεμόν τινα πολεμεῖν.)

Jurisjurandi religio. (cf. *Sacramenti religio.* Liv. XXVI, 48.) LII.

K.

καὶ in obliqua interrogatione. Not. ad 1, 5 cf. 3, 10.

καὶ ἄλλως = καὶ δὴ καὶ p. 49, 9.

καλὰ δὴ παταγεῖς. Proverbialis locutio de iis qui bonam rem nuntiant p. 28, extr.

κάλλιστον: εἰς κάλλιστον *perquam opportune* p. 6, 12.

καλοῦν pro καλόν XXIII.

κάπρος pro καὶ πρὸς p. 35, 1.

ἐν Καρὶ ὁ κίνδυνος: proverbium p. 18, 17. p. 57, 18.

Casus a scribis temere mutantur. Θεοῖς VIII. LI. (Tralatitii erroris exemplum, nisi fallor, praebet Thucyd. V. 20 ubi legendum puto, σκοπείτω δέ τις κατὰ τοὺς χρονοὺς, καὶ μὴ τῷ ἑκασταχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ τιμῆς τινος τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ προγεγεννημένα σημαίνοντι πιστεύσας μᾶλλον.)

κατὰ *instar* p. 2. (In Rep. IX, 567 dele inutile glossema ὁμοιότητι.)

κατὰ πάντων XLI. (Symp. 226, B.)

κατάρχειν cum accusativo p. 15, 22.

Κλεινίας ὁ Ἀξιόχου: (Alcibiadis prioris nepos; „diversus a Clinia in Protag. 320, A.“ Schneid. ad Xen. Mem. ad d. p. 256) p. 3, 21. p. 6, 8.

Κόννος ὁ Μητροβίου: Clarus fidicen p. 2, 27.

Convivium Platonis glossis et supplementis inquinatum XX et Suppl.

Κόρινθος, ὁ v. ἡ Διὸς — Proverbialis locutio de inani jactantia (Arist. Eccl. 828). Aliis videtur de eo usurpari, qui dum quomodo se expediat nescit, eadem saepius iterat (Pind. Nem. VII fin. et ibi Schol.) p. 27, 30.

κρείττονες, οἱ. Deorum et Heroum nomen, qui rebus humanis intersunt. (Sophist. 216, A. Legg. 718, A.) p. 25, 12.

κρόνος proverbialiter de sene dicitur p. 20, 25.

κτίσαι πρευμενεῖς, *mites reddere.* κτ. πυρίφατον, *incendio vastare* VII.

κυπρογενεῖς λυμαὶ VI.

κώλων pro. καλῶν XXXIII.

Λ.

λ et δ confusa. (In Rep. VIII, 568 pro ἀποδομένων lege ἀπολομένων.) IX.

λ et μ confusa. (In Plat. Tim. 24, B. pro προσετάχθη, μελεῖν· ἔτι δὲ — legendum προσετάχθη· μένει δ' ἔτι —) XII

λέγειν pro ἔχειν XLVIII.

λίνον: οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις proverbium de iis qui res dispares jungere conantur. (Aristot. π. φ. ἀ. 6.) p. 34, 25.

λυδιστὶ ἡρμόσθαι p. 59, 6.

M.

μᾶλλον ἐλάττω. (Sed delendum erat μᾶλλον a scriba ob praegressum πότερον invectum.) p. 13, 22.

μάχλος βοᾶν *clamorum appetens* VII.

μετελθεῖν θρῆνον et similia VI.

μή; *an forte?* p. 25, 7.
μηδὲν μή — μηδαμῆ p. 71, 28.
μηδὲν πρὸς ἔπος: *extra propositum* p. 31, 7.
μὴν — μὲν p. 9, 21 et Nott. (Quae de μὲν dicta sunt et Heindorfio ad Protag. 338, C. de μέν γε verissima sunt. Verum ibi nullum est asyndeton, sed legendum ἀδύνατον ὃν ὑμῖν ἔστε, non ὥστε, quod locis plane dissimilibus tueri conatur.)
μορίῳ pro μόνῳ XXXII.

N.

νήστιδος pro μήτιδος VI.
νοεῖ et ἐννοεῖ confusa p. 21, 15. restitutum e conj. Hirschigii.
Nomina propria saepius a scribis corrumpuntur XLIX.
νυνὶ et νῦν εἰ confusa p. 19, 5.

O.

O a Θ absorptum XXIX.
OIOI pro EICI XXII.
οἷος: λόγους οἵους εἰς τὰ δικαστήρια, *orationes judiciis aptas* p. 2, 11.
ὀλιγωρεῖσθαι sensu activo? p. 48, 11.
ὁμόσε ἰέναι et ὁμόσε ὠθεῖσθαι πρὸς τὴν πληγήν: p. 30, 11 et 12.
ὄν pro οὐ X.
ὁπλομαχίας magistri Lacedaemonem non adibant p. 52, 5.
ὅρον θέσθαι XXXV.
ὅρῳ περιλαμβάνειν. Suppl. (Contra in Rep. VIII, 551 pro τοῦτο αὐτό, ὁ ὅρος αὐτῆς οἷός ἐστιν lege τ. α. ὁρᾷς αὐτῆς οἷόν ἐστιν.)
ὅ τι μαθών: *qua de causâ* (Wolf ad Dem. Lept. p. 348. Ar. Nub. 402. Eupolis apud Stob., Flor. IV, 53.) p. 16, 17 et p. 35, 15.
ὅτι περ ἄν pro ὁπότερ' ἄν XXXI.
ὁτιοῦν in δοκοῦν corruptum XXV.
οὔ τί γε XXVI.
οὐδὲ πρὸς ὁτιοῦν p. 21, 10. (Rep. VII, 527 ἢ οὐ πρὸς οὐδετέρους quae mira est omnium fere librorum lectio oscitanti scribae debetur, qui οὐδὲ πρὸς ἑτέρους prae se habebat.)
οὐχ ὅλως idem quod τὸ παράπαν οὐ XXXIV.

Π.

παιδεύειν ἄνθρωπον p. 44, ult. p. 56, 20.
ΠΑΝΤΑ ΟΙΣ in ΠΑΝΤ' ΑΥΘΙΣ corruptum XXIV.
παραφυλάττειν XLIII.
παρίσταται (non πάρεστι) de cogitationibus quae *in mentem veniunt*, dicitur.
Particulae ἀλλὰ μέν de exitu rei, quae infecta reddi nequit, usurpantur XI.
γε et ἄρα conjungi possunt. XXIV.
δή et τοι societatem non ineunt. 68, ult. et Not.
οὖν saepius ante δή quam post δή ponitur. XXIV.
πᾶσ' ἂν ὗς γνοίη: Proverbium p. 70, 22.
Patrocles, Socratis ex matre pater p. 33, 3 a fin.
παχέως ἐννοῶ (cf. Horationum *Crassa Minerva*) p. 20, 14.
περιφέρει — περιέρρει p. 49, 2.
Personarum falsa distributio IX, XXVII et XXXVI.
Plataeensis pugna: res in ea memorabilis p. 62, 22.
πλεῖον v. potius πλέον θάτερον ποιεῖν. *Majus damnum facere.* p. 33, 22. p. 13, 3.
Politicus, Platonis dialogus percurritur XXXVIII — XLVIII.
πολλάκις *ut fit*, vel, *quod fieri potest* p. 47, 2. p. 66, 24.
πολυτίμητος: deorum epitheton (Ar. Vesp. 1001. Ach. 807. Nub. 269.) p. 32, 19.
πότερος = ὁποτεροσοῦν p. 50, 9.
ποῦ χόρου τάξομεν; *quo in loco* (honoris) *collocabimus?* p. 11, 6.
Prodicus principium philosophiae in nominum proprietate ponebat p. 9, 14.
Praepositio post τε inutiliter repetita: p. 9, 24 et Suppl.
προκατηγοροῦντες (Operarius me invito σ retinuit) pro προσκατηγοροῦντες XVIII.

πρὸς. Ejus compendium a librariis male intellectum p. 21, 10.
προσεύχομαι sensu τοῦ εὔχομαι p. 22, 12. (Legendum puto οἷωπερ εὔχομαι).
προστάτης, *supplex* falsa interpretatio est. XII.
προφερής: ὁ τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει πρεσβύτερος p. 1, 11.

Σ.

σκεπτόμεϑα? p. 54, penult.
σκληφρός: ὁ τῷ μὲν χρόνῳ πρεσβύτερος, τῇ δὲ ὄψει νεώτερος δοκῶν. p. 1, 11.
σκολύϑρια: (ταπεινὰ διφρία τοῖς Θεσσάλοις Tim.) p. 12, 2.
σοὶ εἰς κεφαλήν: *in tuum caput istud recidat* (Aristoph. Plut. 525. Schol. ad Pac. 1063.) p. 16, 17.
Socrates Lysimachi δημότης p. 14, 48.
Solonis dictum γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος p. 59, 16.
Sophista erubescit p. 33, 6.
Sophistae dialogi loci correcti et explicati XXXII — XXXVIII.
συντεταμένον: *intentum* p. 22, 15.
συρίαις pro εὐρείαις VI.
στροφαὶ εὐπιϑεῖς *obedientis populi assensus* VII.
σχιστὰς ἕλκειν XIX.
Syllabae omissae: VII, XXX et Suppl. (In Rep. 9. 557, E. pro ἑλκομένη, quod cum ὑπ' οἴστρου inepte dicatur, legendum ἑλαυνομένη.)

T.

τάδ' εἰ πάρος pro τὸ λιπαρές XI.
ΤΑΠΑΥΤΗΙ pro ΤΑΤΑΥΤΗΙ. XLVII.
τάχ' ἂν εἴη pro τυγχάνειν XXXIII.
τέως: *ad certum tempus* p. 52, 5 fin.
τηλικαῦτα πράγματα p. 4, 14.
τι — τινὰ confusa p. 50, 22.
τί δὲ — τί δαί. Passim inter utramque lectionem fluctuant libri. δαὶ nihil aliud est quam δὲ in pausa productum. Cf. αἰωρεῖν — ἐωρεῖν, δαίρειν — δέρειν, παλαιὸς — παλεὸς et similia, in quibus contrarium obtinet. In p. 11, 27. Bekkerum sequi debebam et cum Coisliano τί δαί scribere.
οὗτοι τι? μέντοι τι? p. 48, 25. p. 51, 20.
τὸν, περὶ οὗ. τοῦ, ὃ p. 46, 10. p. 55, 14.
τούτῳ γ' οὐ — τούτῳ τῶι (sic enim, non τοι, in Codd scriptum est.) p. 21, 5.
τρίτον πάλαισμα p. 9, 3.

Y.

ὑγιεινόν et εἰπεῖν οἷον confusa. (Quod partim ex sonorum similitudine ortum est. In Cic. Phil. II, 34. absurde legitur: *non solum de die, sed etiam in diem vivere.* Quam lectionem miror tamdiu τῶν κριτικῶν πονηρίᾳ bixisse.) p. 68, 2 a fin.
ὑπέϑου pro ἐπύϑου XXX.
ὑπόλογον ποιεῖσϑαι: p. 59, antepenult.
ὑποσκελίζειν vox a lucta sumpta p. 10, 1.

Φ.

Φαμενός Tiresiae filius XLIX.
φάναι pro φανῆναι XXIII.
ΦΑΣΙ pro ΑΕΙ XX.
Φερσεκέρδης Tiresiae filius. (Cf. Soph. Ant. 1034 seqq.) XLIX.
φλυαρεῖς ἔχων (cf. Schol. ad Arist. Ran. 204) p. 31, 11.
φοβεῖσϑαι περὶ cum dativo p. 6, 10.
Vocabula perperam distracta. Suppl.
Vocabula male cohaerentia XXIII.
Voces e margine non in suam sedem restitutae XLII — XLIII.
Vox statim post similem vel eamdem vocem occurrens in Codd. saepe omittitur. XXXVII et Suppl.
φρυγιστὶ ἡρμόσϑαι p. 59, 6.

X.

Chaeredemus Socratis matrem uxorem habuit p. 34, 4.
Χρῆναι — Χρήματ' confusa p. 36, 11.

Jenae typis Fr. Frommann.